c vbi aũt expẽse simplr sunt petite c ꝛ tũc dico q ẽt dispẽdia intelligunf petita ꝛ intelligo dispẽdia vt supius dixi. ꝛ q dispẽdia intelligunf cõprehẽdi i cõdẽnatiõe expẽsaꝝ pbaf q alibi tex. simplr dicit de expẽsis vt. 3. de iu. l. pperãdũ. §. sin aũt alterutra. ꝛ l. sãt. de iu. §. ops. p qd satis datur intelligi q oĩa ista de qb9 h dr, q veniunt ratione victorie i illis vbis sunt expressa ne aliqd ipfectuz videatur sed principes philosophie plenius sensisse de oĩnib9 pateat vt. 3. ad fil. l. fi. ꝛ hec q2 ista dispendia nil aliõ sunt q impense facte cã citationis ꝛ lit. Quero an impẽsa fcã in hñdo instrumẽ
d tum d credin. i forma publica a tabellioe q2 debitor nõ soluebat imputari possit in istis expensis. dicit Bal. qd sic si priusquam recolligeret ipsuz dbitor erat i mora soluẽdi ñ aliás. Ego puto idẽ sic te teneri ex q litigauit ꝛ ñ soluit: q2 nũc apparet q necessariũ fuit ei instrumentũ publicũ habere. vbi autem non litigauit imo obtulit debitum tunc ad reficiendum placet mihi illa distinctio aut erat in mora vel non. Quero an impense facte testibus a longinquo vel de villa productis veniant. dic quod sic. vt. l. quoniam liberi. 3. de testi. ¶ Quero an succũbens in interlocutoria debeat condẽnari in expensis. spe. tenet q sic ꝛ bar. dicit hic esse casuz q si qs exceptionẽ dilatoriã opponit per quã differtur cognitio cause ꝛ succumbit cõdẽnatur in penis. vt hic probatur. Ultimo de istis impensis vide aliqua per me dicto in l. properandum §. sin autem alterutra. 3. de iudi. ꝛ alia que dixi in. l. sancimus. in eo. ti.

1 ¶ Equalitas in iudicijs est seruanda.
2 Expense veniunt reficiende in causa criminali.
3 Jura subueniunt prouocatis ꝛ non prouocantibus.
4 Judice vel aduocato remittentibus alteri parti sportulas an nihilominus possit alter ab eius aduersario tales sumptus petere.
5 Aduocato in sua causa obtinẽte victoriam queritur si ab aduersario possit expẽsas petere pro salario aduocationis sue persone.

Cum quidã. Primo statuit. Secundo rõnem reddit. Tertio statutũ latius declarat. scda ibi: qm nõ est. tertia ibi: ita. s. et hz duas lec. Et sm primã hoc intẽdit. priuilegiũ cõcessum super litis expensis in totũ vel in parte nõ agnoscendis extẽdif ad aduersariũ ppter equalitatẽ seruãdaz in iudicijs. s. h.
1 d. ¶ † No. qd habes in summario: specialiter quod e equalitas
e est seruãda in iudicijs. concordat. ff. de ar. l. si cum dies. §. pe. ꝛ. l. sed interpellatur. §. si ex altera. ¶ Itẽ not. qd nõ refert an priuilegium cõcessum sit pprio motu vel ad postulationẽ quia semper intelligitur equalitate seruata. ¶ Item not. qd non refert si cõcedaf singulari psone vel vniuersitati vel alicui corpori vel collegio q2 semper equalitas est in iudicijs seruanda. vt hic. ꝛ. l. in sa
2 cris. j. de pre. sa. scri. lib. xij. ¶ Item no. quod in causa criminali veniunt expense reficiende vt hic in litera ibi: vel criminali vel ciuili. Sed pondera q loquitur qñ agit ad commodum sui vt pbant illa verba antecedẽtia vt pote obnoxios sibi. Unde non videf idem si ad cõmodũ fisci. Sed hoc non obstante idẽ dico si ad cõmodũ fisci q2 absurdũ esset qd accusato reo absoluto nõ reficeret expẽsas. ergo ꝛ idẽ ecõtra equalitas sequaf vt hic. dico ẽt si oĩa bona publicẽtur q de bonis publicis debent solui expense vtiliter facte. ar. l. que vtiliter. ff. de neg. gest. sicut de hereditate. vt. 3. de iur. deli. l. fi. §. in cõputatione. ¶ Oppo. scdm hoc labor iudicis ꝛ tabellionum acta cõficientium remanebit irremuneratus contra text. in aut. de iudic. §. ne autem labor. Solu. vt gloss. quia maior est equitas vt seruetur equalitas in iudicijs. ¶ Ex quo not. quod maius bonum preferendũ est minori vel qd de duobus malis eligetur minus malum. ¶ Opp. ij. qd pri
f uilegium f non egrediatur personam. vt institu. de iure naturali. §. sed quod princip. ꝛ maxime nõ postulatũ vt. ff quod quisq iuris. l. ij. Solu. tribus modis vt sequitur in glo i. qd hic fuit postulatum sed certe hic de postulato et non postulato loquitur. Scdo q nõ egredif nisi personã eius contrariam sed hec nõ videtur tuta q2 ꝛ oĩs egredief. vt ff. qd qsq iuris. l. ij. §. hec pena. Tertio qd nõ transit ad aliud piudiciũ eius cui cõcedif vt ibi sed in piudiciũ tertij cõtra quẽ cõcedif puta iudicis vel nuncij cui sportule debent dari bene transit vt hic. sed ista solu. videtur contra tex. l. pendente. in fi. 3. de tem. in integrum resti. ¶ Quapropter quidam extra gloss. dixerunt quarto qd hic in priuilegijs que concernunt litis ordinationez vel eius executionem. in. ibi in concernentibus litis decisionem. Sed hec non placent Cyn. per. l. i. ꝛ. ij. 3. si aduer. transf. ꝛ per. l. vnicam. 3. de repu. que fit in iudi. in quibus priuilegium minori etati concessum extenditur ad aduersarium ꝛ tamen in decisorijs ibi loquitur. vnde tenet solutionẽ glo. ꝛ ad. l. ij. §. hec pena. respondet q ibi in impetrante ius iniquũ. Sed ꝛ istam quartã defendit Bar. vt in se veraz. et ad. ll. in contrarium inductas respõdetur. quod ibi licet minor etas sit causa priuilegij tamen priuilegium concernit pariter vtrũq cuz restitutio fit in pristinũ statũ restitutio. vt. l. qd si minor. §. restitu. tio. ff. de mi. ¶ Concludamus igitur has solutiones sic. Aut querif de priuilegio concernente litis ordinationez vel executionem ꝛ tũc trãsit ad aduersariũ. vt. d. l. pẽdente. ꝛ hoc vt equalitas seruetur in iudicijs. Aut respicit litis decisionez et tunc aut ex eius prolatione ꝛ vocis significato pariter concernit vtrũq: ꝛ idem. vt. l. i. ꝛ. ij. 3. si aduer. transact. ꝛ. l. i. 3. de repu. que fi. in iu. Aut non respicit pariter vtrunq: ꝛ tũc aut cõtinet decisionẽ iuris iniqui: ꝛ tunc dicit aut est cõcessum ad postulationẽ aut sine. vt. l. ij. §. i. ff. qd quisq iuris. Aut nõ cõtinet ius iniquũ sed fauorem ꝛ aliã iuris relationem ꝛ tũc regulariter non egreditur personã. vt insti. de iure naturali. §. sed qd pncipi. ¶ f Fallit vbi alias attingit personã priuilegiatã occasione zrouersie ꝛ equalitatis i iudicio seruãde vt hic in sol. ij. p quo facit. l. in sacris. et l. vnicã. j. de pre. sa. scri. ꝛ hec est veritas. ¶ Sed iuxta hoc quero an

ro an hec. l. sibi vendicet locum siue sit actor siue reus cui hoc priui-
legium sportularum non soluendarum sit concessum. ratio quia Gul. de cu.
fuit in opi. quod hec. l. locum haberet duntaxat vt priuilegium
actoris transiret ad reum non econtra. ❡ Et ratio diuersitatis quia in reo
iudicium reddit in inuitum. vt. l. inter stipulantem. §. i. de verbo.
ob. ⁊ ideo ei magis fauendum. ar. ff. qui satis. co. l. si fideiussor. §. et
3 si necessaria. arg. l. fauorabiles. ff. de regu. iur. † Item quia iura sub-
ueniunt prouocatis non prouocantibus. vt. ff. de prescrip. ver. l. si
gratuita. ⁊ C. de pred. mi. l. inter minores. Sed tene contra. quia hec
l. generaliter ⁊ indistincte loquitur vt patet in prin. Item quia ratio est eadem
non diuersa sed equalitas seruanda. Item quia tex. hic in versi. quem
non est ferendus pariter concernit vtrumque ⁊ hec est communis
opinio. ❡ Quero scholaris habet priuilegium prorogatiuum ⁊ ele-
ctionem nunquid similiter habebit aduersarius. dico quod non
quia istud esset eneruare ⁊ tollere priuilegium scholaris contra aut. habi
ta. C. ne fi. pro patre. dicta ergo. C. habet locum nisi per egressum
eneruaretur priuilegiati beneficium. Nunc transeo ad secundam lect.
que hoc intendit. victus victori condemnatur in expensis quas
fecit non in his que ex priuilegio ei remittuntur. h. d. ⁊ hanc lec. po-
nit gl. hic in ver. vel vt omnia tollas ⁊ est iste casus singularis et
4 non habetur alibi. ❡ † Quero quid si non ex priuilegio sed ex beni-
gnitate sua iudex remisit ei sportulas vel aduocatus eius ab eo
nihil recipere voluit: an istos sumptus petere possit ab aduersa-
rio. Dicunt quidam quod non per istam. l. ⁊ ff. loc. l. quod si domus. in fi. ⁊ ista
melius facit. ❡ In contrarium facit quia ipse est obligatus ad anti-
dora remittenti. vt. ff. de pe. here. l. sed ⁊ si lege. §. consuluit. quod
non est in hac. l. Item qui remisit ei ⁊ videtur recepisse ⁊ retro dona-
tionis eam tradidisse. ar. ff. si cer. pet. l. singularia. ⁊ ff. de iure do. l.
hi. §. quoties. Et vltimo pro ista parte bene facit. ff. man. l. idemque.
§. si. mihi videtur sic dicendum vt si aduocatus ei remisit ob meri-
tum clientis precedens ⁊ tunc est ac si soluisset ⁊ petere possit. vt
d. l. idemque. §. si. Aut ei remisit gratiam faciens ⁊ sibi amicum que-
rere volens ⁊ tunc petere non possit. vt. d. l. quod si domus. in fin. et
ar. huius. l. nec curandum de obligatione ad antidora: quia illa non
5 est consideranda. vt. d. §. consuluit. ⁊ d. l. quod si domus. ❡ Quero
si aduocatus in propria causa obtinuit ⁊ aduersarius eius est in
expensis condemnatus an pro sua persona salarium vel congruum
imputari possit ⁊ videtur quod non per. l. stipulatus eo. ff. de si. vbi
prima facie videtur casus sed modicum facit vt ibi nota. Bart.
quia ibi recessum erat a conuentione in stipu. deducta per opus
quod per seipsum fecit. Tenet tamen ipse quod non possit per hanc
l. secundum secundam lect. quod mihi placet quia nec sibi ipsi potuit ipse
interim. ❡ Sed an possit aliquid petere quia propter hanc causam oc-
cupatus non potuit circa aliorum aduocationes intendere ⁊ vf
quod sic. ⁊ in. l. preced. in verbo dispendia. Sed contra tenet Bal. quia non est
damnum vel dispendium litis. ar. ff. de ac. emp. l. sterilis. §. si per
venditorem. ⁊ quibus expense debent fieri seu refundi non debent
damna temporis refundi. vt. C. de test. l. quoniam liber. ⁊ l. si quan-
do. §. sed cum oportet.

❡ De re iudicata. Rubrica.

a ❡ Pro contiuatione rubrice quero in quo differt [a] sententia
a re iudicata. ratio quod quidam dixerunt quod res iudicata dicitur postquam
transiuit tempus appellandi vel appellanti prosequenda: sed
ante dicitur sententia ideo in rubrica. ff. eodem. dicitur de sen. et
re iudi. ⁊ hec not. ibidem in. l. i. ⁊ C. de appellatio. l. litigatoribus.
Alii aliter dixerunt vt not. ff. de condi. inde. l. eleganter. §. si post
vbi glo. plenior. Tamen dic quod si proprie loqui debemus senten-
tia est res iudicans. illud autem quod est determinatum in sententia
dicitur res iudicata. ⁊ ita dicit hic Bar. ❡ Unde continuando
rubricam. Dic vt superius est dictum de sententiis. ⁊ de modis
sententiandi restabat videre de effectu qui continetur in ipsa sen-
tentia ⁊ sic de re iu. ideo ponitur hic ista rubrica. ❡ Pro concor-
dia tamen glossarum scias quod res iudicata potest variis respecti-
bus considerari. Primo respectu sententie prolationis ⁊ cause de-
cisione ⁊ tunc procedit gl. in. d. l. eleganter. §. si post. ⁊ C. de app.
l. litigatoribus. Secundo respectu pro sententie irreuocabili per-
fectione. ⁊ tunc vera est illa opp. quod res iudicata dicitur quando
appellari non potest. vt. d. §. si post. in fi. ⁊ ff. de pig. l. si fundi. §.
si plures. Tertio respectu pro ipsius executione ⁊ hic attende: quia
si consideramus executionem quam. l. facit ipso iure cum senten-
tia est lata puta quando condemnatum infamia vel seruum fa-
cit ⁊ tunc statim quod sententia est lata potest dici respectu illo-
rum effectuum res iudicata. vt. ff. de his qui notantur infamia.
l. furti. in princip. et. ff. de iniust. testamen. l. si quis ex heredato.
§. irritum. ⁊ ff. de pe. l. qui vltimo. Si autem consideramus exe-
cutionem fiendam ⁊ ab homine ⁊ tunc quia illa non potest fieri
quamdiu potest appellari non dicitur res iudicata nisi transacto decen-
nio dato ad appellandum. vt. ff. nil no. ap. pen. per totum. et hec
circa rubricam.

❡ Exceptio potest opponi contra sententie executionem.

REbus. Casus. Rebus iudicatis paretur
nisi petatur quod iam habetur.
1 h. d. ❡ † No. quod contra executionem sententie po-
test opponi exceptio quod petis iustus habes se-
cundum Bar. ❡ Item quod exceptio post sen-
tentiam superueniens potest opponi post sen-
tentiam. ❡ Opp. quod si rebus iudicatis est standum vt hic in
princi. ergo nihil potest in contrarium probari quod releuet vt
ff. de bo. li. l. si patronus. §. si quis cum esset. cuius contrarium hic dicitur in. §.
respon. sol. quod in prima glo. quod hic standum ponitur pro pa-
rendo. ⁊ sic non significat precise vt in contrario. ❡ Op. §. quod
etiam non sit parendum. vt. ff. ad ter. l. i. §. fi. sol. vt in eadem glo.
quod hoc verum nisi ab ea sit appellatum: vt in contrario licet
dici posset quod quando est appellatum res non potest dici iu-
dicata vt super rubrica dixi. ❡ Opp. item ab extra quod hec exce-
ptio non possit opponi contra sententiam. vt. l. peremptorias.
C. sententiam rescin. non pos. solu. ibi de exceptione que ante sen-
tentiam competebat hic de ea que postea superuenit secundum
docto. ⁊ est hic solu. argu. quod iudex in executione sententie de-
beat reum citare ne forsan ei superueniens exceptio et sic tractetur
de eius preiudicio vt. l. nam ita di. ff. de adop. ❡ Opp. ab extra
quod condemnato succurratur per condi. sine causa vt. ff. de condi. sine
causa. l. si fullo. Solu. hic ante executionem ibi postea. ❡ Item
ibi recipit aliud pro alio: hic idem pro eodem. ❡ Quero pone
quod hic condemnatus quia rem non habebat soluit litis esti-
mationem postea commodator ac rem ipsam rehabuit quo-
modo ei qui estimationem soluit consuletur quia equum non est
victorem habere vtrunque. respondet gloss. quod commodatarius
aget contraria commodati vt illam rem tradat vel estimationem
reddiderit. vt. ff. commo. l. in commodato. §. si. subiungit vel condi.
sine causa. vt. ff. de condi. sine causa. l. ii. ❡ Sed hic est attenden-
dum quia dubitatur cuius erit electio. et gloss. videntur ve
Tamen reperio quod Jaco. but. ⁊ Bar. in. d. l. in commoda
§. si. dixerunt quod quia varie competunt actiones ei qui sol
quia actio ex eo contractu puta commodati licet alternatiue a
duo ⁊ condictio sine causa ad alterum vt dicta. l. secunda ⁊ rei v.
ad speciem. per. l. si culpa. ff. de rei ven. Sequitur quod actoris
in istis actionibus erit electio ⁊ si eligat commodati res est cla-
ra vt conuenti sit electio rerum post litem contest. vt. d. l. in com-
modato. §. si. Si autem eligat condictionem sine causa vel rei v
licet neutra earum competat alternatiue adduco tamen que
ipsi dicunt vnum singulariter notandum videlicet quod ante li.
contesta. cum neuter poterit soluere quam velit siue rem siue esti-
mationem quam recipit sed post lit. contesta. hanc facultatem
non habet: ideo petitum soluere compellitur ⁊ in eo condemna-
tur. Sed Dy. aliter dicit in. c. pro possessore. extra de reg. iur. li.
vi. vbi vide. ❡ Quero ab extra quid econtra si reo absoluto in-
cepit reus postea possidere. dico quod ex ista noua possessione
contra eum agi potest. vt. ff. de except. rei iudic. l. si quis ad exhi-
bendum. ❡ Item quero pone quod ante sententiam dominus
vel commodator iste rem suam rehabuerat: an tunc in executio-
ne sententie poterit exceptio rei iudi. opponi. ⁊ videtur quod non
quia hec exceptio ante sententiam competebat igitur ante debuit
opponi. vt. C. tit. ii. l. peremptorias. ❡ Nec obst. l. ista quia exce.
superuenit post sententiam. dico quod si reus hoc ignorauit quod
opponi potest sicut dicimus in dilatoria que ante lit. contesta.
debet opponi potest postea si reus ignorauit illam sibi ante com-
petere vt not. glo. in. l. error. C. de iur. ⁊ fac. igno. ⁊ pro hoc acce-
dat. C. de fur. l. manifestissimi. §. i. versicu. si autem nescius ⁊ du-
bitans. ❡ Coadiuuatur predicta quia actor tunc est in dolo et
pro calumnia dicitur agere ideo sibi non debet prodesse sed nocere. vt
ff. de ne. gest. l. sine hereditaria. ⁊ ff. de condic. ind. l. in summa. in
prin. Secus forsan si reus sciuit quia videtur exceptioni renun-
ciare non opponendo tempore debito. In hoc vltimo cogitandum
relinquo quia videtur quod actor non possit dicere prius pos-
sidebam quia tunc allegaret turpitudinem ⁊ calumniam suam
Item quero in casu huius. l. si dominus pro re habenda fecit ali-
quas expensas an vsque ad concurrentem quantitatem expensa-
rum aget ex sententia contra commodatarium. ⁊ dixi Jacob. de
are. quod sic. arg. ff. quod met. cau. l. si cum executione. §. quod si homo. ⁊ ff de
proc. l. actori. ❡ Ultimo hec. l. facit ad questionem statuto cauetur quod si
quis inuentus fuerit ludere ad azardum soluat. x. ⁊ super hoc sicut dicto
fami. prestetis vt licet fami. dicat quod inuenit eum ludentem prestes tamen de-
beat recipere probationem de contrario. vt hac. l. cum glo. sua secundum Jac. but.

1 ❡ Sententiam non vitiat error calculi.

1 RES iudicata. ❡ Casus. † Error calculi
non vitiat sententiam. h. d.
Contra hoc op. de. l. i. §. que sen. sine ap. rescin. Solu. vt
glos. quia ibi fuit error expressus hic non. Et sic vnum patens est
ibi causa ⁊ de hoc dic vt dixi. C. de er. cal. l. i. ❡ Querit gloss. in
casu in quo error est expressus puta si dixit quia testator legauit
tibi. x. in vna parte. ⁊ quinque in alia parte et. x. et quinque faciunt

a ❡ In quo differt adde doc. in rub. co. ti. extra per canonistas.

a ¶ Utrū valebit sñia. An possit sñia p^o pte valere ⁊ p pte nō valere: scz l qua est ex ratū. adde bar. in l. i. ff. si aduer. rez iudi. ⁊ l. i. si tutor vl' curator. ⁊ bal. l. i. j. de erro. cal. vbi vide. Et ad de spe. ⁊ io. an. in addi. an ti. de sen. §. iuxta. ver. itē nulla rōne quātitatis. Fede. de se. consi. cxviij.

b ¶ Et si pnrendā si nō. hāc. l. cū gl. itellige qd p istos actus vī appellationi renunciatū est verū si iudex a quo istos casus acceptauit: als secus gl. ē ppetuo mētinēda. ⁊ ibi d. ant. i. c. gratū d' off. dele. q necob lunscario rogo.

¶ Nō retractat

c sñia. intellige nisi p cōfessionē ptis qz tunc probat p sñam ita vltene re ⁊ sentire Inn. in. c. q. plerisqz. de immu. eccle.

d ~ Nā licet. instrz pacti. adde de dvi trn hic notata p Bal. nu. iij. v. s p̄ōe creditor sciēs se fecisse pactum bar. l. l. admonēdi. ⁊ quod ibi no. alex. post cū. ff. de iureiurā. ⁊ imol. in. l. imperatores ff. co. cū concor.

e ¶ Uidet fateri dbitū. limita istā l. p Imo. in. l. an. §. si qs cōdēnat^9. ff. de te in. que tñ limitatio est ꝯ gl. ⁊ ꝯ. d. Ant. ⁊ magis cōiter oes in c. qd ad ꝯsultatio nem. per illū tex. de re iu. de quo vi de no. p doc. in. c. significauerūt. de testi. ⁊ in. c. sollicitudinem. ⁊ qd ibi Inn. de ap. ⁊ dñs ant. in. c. querēti. de off. deleg. ⁊ do. de ro. concilio. cccxxi.

f ¶ Qd excōicatus. adde Pet. de monte in repetit. c. intelleximus de iudi.

a xv. ideo te condemno in. xx. vtrum valebit sententia ^a saltem in xv. Et dicit glo. qd si quia in separabilibus vtile per inutile non vitiatur. vt. s. de do. l. sancimus. in princi. ⁊ quia in pluri inest minus ⁊ sic de. xv. videtur iudicasse. argu. ff. quemad. ser. amit. l. is. cui. ⁊. ff. de in litem iurand. l. cum furti. ¶ Sed hic attende quia alia glo. videtur isti contraria. ff. de iuris. om. iudi. l. si. ⁊ illa communiter tenetur: ⁊ ista reprobatur sed Bald. vt mihi videtur tenet istam vbi iudex habet iurisditionē super toto eo q pronunciauit vbi autē non haberet iurisditionem super toto tunc dicit non valere in aliquo. vt in glo. cōtraria. Sed contra istam glos. facit qz sententia consideratur potius ratione forme q̄ materie. vt. l. in hoc iudicio. ff. fami. hercis. ⁊ forma rei est indiuidua. vt. ff. de nur. ⁊ arg. lega. l. seia. ⁊. ff. ad exhi. l. multo. §. sz ⁊ si quis. ergo videtur qd in nihilo valeat licet sit infra iurisditionem iudicantis secus vbi capitula essent plura ⁊ diuersa ita qd non annexa quia pōt in vno valere in alio non vt dixi. s. si aduer. rem iudi. l. i. Itē ratione qz quando non haber iurisditionem super toto non valet in parte que est infra iurisditionem qz nō videtur super ea iudicasse ita nec quando iurisditionē habet ⁊ hec totū operat forma sententie que est indiuidua vt dixi. Et hec pars videtur mihi tutior quam sequebatur dominus meus.

1 ¶ Sententie condemnatorie rei pene est parēdū si non sit appositum.

2 Appellari potest a precepto de soluendo.

1 Si pecuniam. Casus. † Sñie ꝯdēnatorie rei pene est parēdū si nō ^b est appellatū. h. d. ¶ Not. qd in eodē libello qz ꝯuenit ad rē ⁊ penā ⁊ in vtroqz vz sñia. ¶ Itē qd a pcepto de soluēdo pōt appellari ⁊ sic videt diffinitiua sententia. ¶ † Contra qd facit. ff. co. l. q iussit. dic qd interdū preceptum emanat post lit. cōtest. in confessum. ⁊ tunc diffinit cām et pōt dici diffinitiua sñia vt hic interdum emanat ante lit. cōtest. ⁊ in confessum. Et tunc licet controuersiam extraiudicialem tollat non propterea causam que nō erat diffinit ideo sñia interlocutoria: ⁊ non diffinitiua vocatur. vt no. s. de bo. que lib. l. fin. §. necessitatem. in glo. magna. ¶ Interdum preceptum de soluendo. l. non emanat in cōfessum sed in negantē ⁊ hoc post pbationes factas. ⁊ causa cognita ⁊ partium allegatiōibus auditis iudex cōdēnādo dicit iubem^9 ⁊ mādamus tibi vt soluas petita ⁊ tūc illud preceptū est diffinitiua sñia ⁊ pro eodē ponunt. ⁊ idem puto si nō ponat illud verbū ꝯdēnādo. sz dicat diffinitiue pnūciando iubem^9. de hoc casu hic vt nigrū cōueniat rubro et hec in precepto soluēdo vel faciēdo petita. ¶ Preceptum vero aliqd qd ꝯcernit aliqua itermedia: ⁊ nō pncipaliter petita est sñia interlocutoria ⁊ de tali loquit. l. qd iussit. ff. de re iudi. ¶ Oppo. ij. qd res ⁊ pena simul peti nō pnt qz cumulatio nō admittit qñ sñia lata in vno parit exceptionē in alio. vt. l. fundū. ⁊. l. fundi. ff. de exce. ⁊ dixi in. l. edita. s. de eden. Solu. qd interdū res ⁊ pena petunt in eodē libello: ⁊ tūc locum habet. l. ista. ⁊ cessat oppositio predicta interdū res petit per prius ⁊ iudicio pendente ei accumulatur petitio pene ⁊ tūc exceptio si opponat admittit vt in ꝯrio qz absolutoria super re pareret exceptionē rei iudi. sup pena ⁊ sic obstat primi iudicij pendentia nō cū eodem tpe terminanda venit vtraqz sicut in primo casu. ⁊ de his dic vt plene dixi in. d. l. edita.

1 ¶ Sententia retractatur propter instrumentū de nouo repta

2 Reus cōdēnatus ad solutionē qua nō potuit p barcū postea instrumētum reperit quid de remedio.

1 Sub specie. Casus. † ppter instrumenta de nouo repta non retractat sñia ^c iam lata. h. d. ¶ Oppo. quod ex nouis instrumētis post sententiam factis ⁊ non falso fabricatis possit venire ꝯtra sñiam. qd eē si post sñiam fecit aduersario pactū de nō petēdo certe pōt opponi. vt. s. co. l. i. Sol. q h intelligit d antiquis nouiter repertis nō nouiter fabricatis ex partiū volūte vt hic in ꝯtrario. ¶ Op. q imo ex antiquis retractet. vt. ff. e. l. iperatores. ⁊. j. de sen. aduer. fi. la. l. i. li. x. Solu. vt glo. qd hoc regulare fallit in causa fiscali in qua sententia contra fiscum lata retractatur vsqz ad triennium ⁊ vltra si de preuaricatione doceatur vt in contrarijs. ¶ Sed tunc insurgit dubium quo remedio j. trienniū retractaretur ⁊ respondeo qd ibi ⁊ vbiqz glos. tractāt ⁊ intelligūt per restitutionē in integrū ⁊ etiā dicūt doc. preterq̄ nouus scriptor Bal. qui dicit p simplicē querelā. j. trienniū sed in quarto anno per restitutionē in integrū aliud nō allegat nisi illū tex. sed nō recedo a cōmuni opi. qz qūo retractat in casu suo scdo illius. l. eadē retractet in primo vt ibi ex serie text. colligitur secūdo per restitutionē ergo ⁊ in primo ⁊ scdo qz tex. ff. e. l. in patres. dicit restitui negotia ⁊ illud verbū proprie ad restitutionē in integrum adapta. Tertio accedant. ff. eo. l. diuus ⁊. ff. de ex. l. q agni. Quarto vt li. concordentur legibus. vt. s. de inoffic. do. l. i. supposita igitur opi. gl. ⁊ doc. p vera est sciendum q Bar. dixit q illud trienio de in. l. i. de sen. aduer. fi. la. est hodie correctum q̄ et ad quadriennium reductū. Et mouetur ista ratione qz id triennium erat olim in fauorem fisci sic ꝯstitutum vt haberet maius tempus q̄ vis esset vtilis annus quē [illegible] commum dabatur cuilibet restitutionē petere valenti. sed cū hodie annus vtilis sit redactus ad quadriennium continuum. vt. s. de tem. resti. l. fi. ergo ⁊ fisco ibi olim dabat triennium dabit hodie quadriennium ne sit deterioris conditionis q̄ priuatus. Et hoc inquit glo. sensisse in. d. l. imperatores. Sed mihi continuo hoc apparuit male dictum qz mirandum quō. l. fi. s. de tem. resti. corrigat. l. i. j. de sen. aduer. fi. la. que posterior est nam illa. l. fi. hz aliquā clausulam ad futuras. ll. derogatoriam. Preterea ⁊ incōuincibiliter illa. l. fi. locum hz in casibus in quibus dabatur vtilis annus priuato ad restitutionē petendam. sed in casu nostro propter instrumenta nouiter reperta nulla datur priuato restitutio vt hic ergo. d. l. fi. in casu nostro nihil immutat ⁊ p cōsequēs min^9 in fisco. preterea si verum diceret Bart. nulla esset hodie differentia inter primum ⁊ scdm rñsum. C. de sen. aduer. fi. la. l. i. qñ preuaricatio interuenit absqz interuentu pecunie quo casu petitur restitutio. j. quadriennium. ¶ Uñ glo. istam teneo vt iacet: ⁊ illam que est in d. l. i. Nec est verum q in hoc sit deterior conditio fisci cum adhuc hodie priuatus conuenire possit: vt hic. Nec est verum q illud tempus trienij det ad differentiam anni vtilis qui dabatur priuatis cum priuatis nullum dabatur in casu isto. Nec ob glo. posita in. l. imperatore. qz intelligi dz sz predicta imo si bñ conspiciat loquit qñ puaricatio interuenit. ¶ Opp. ij. q imo in priuata remittatur. vt. ff. de iureiur. l. admonendi. Sol. vt in fi. glo. ¶ Sed sol. diuinat ⁊ etiam est cōtra illum tex. in verbo post exactum iusiurandum. Ideo dic vt not. in contrario. s. q hic interuenerat sola sententia ibi iuramentum ⁊ sñia pterea priuatis cate ⁊ erat ibi iuramentum necessarium inopia pbationum delatum secus in voluntario vel iudiciali. vt ibi not. ¶ Quero gl si quid in causa ecclesie ⁊ pupilli. ⁊ videt q idem in eis quod

2 in cā fiscali de qua supius dixi. ¶ † Quero ab extra actor petit debitum solutum: ⁊ qz solutionē reus nō potuit pbare fuit condemnatus. ⁊ postea instrumentum solutionis reperit queritur de remedio. dicit hic Bal. q si nondū soluit ex cōdemnatione pōt compensationē obijcere. Si aūt ex condēnatiōe soluit tūcqz pro soluit cōdicet ⁊ p his inducit gl. primā quā asserit hoc tenere in l. iuli. ff. de condi. inde. Sed vide qd scripsi in. l. i. in fi. s. de condi. inde. secus dicit Bal. si creditor fecisset pactū de nō petēdo post ea debitū petijsset ⁊ obtinuit qz reus pactū probare nō potuit.

d Nam lz instrm pacti ^d postea reperitur sibi non pderit vt hic. et rō diuersitatis inter istum casum ⁊ pcedentem est qz in pcedenti falso egit ⁊ tenetur crimine stellionatus. vt. ff. man. l. si fideiussor. §. in oibus. sed nō falso egit in scdo casu nec etiā obrepuit iudici cū nō teneat facere mentionē de exceptione rei. vt insti. de replica. in prin. ff. de pac. l. si vn^9. §. pactis. ¶ Quero qd si instrm de nouo repertum redarguet sñiam de nullitate qz est instrm sñie qd est cōtra illā sñiam vt j. quando pro. non est ne. l. i. dicit Bal. istam. l. non habere locū. sed vide qd ibi dicaz. Item si instrm nouiter repertum redargueret instrumentum victoris de falso

1 vt. j. si ex fal. instru. l. i.

¶ Debitum fateri videtur qui petit vel acceptat terminum ad soluendum.

1 Ad solutionē. Casus. q petit dilationē ad soluēdū dz sñiam approbare ⁊ appellationi renūciare. h. d. ⁊ not. facit ff. de pac. l. tale. pactū. §. q prouocauit. ¶ † No. q q petit

c vel acceptat terminū ad soluēdū vr fateri debitū ^e qd est verū nisi fecerit p errorē. vt. ff. si qs cau. l. sz ⁊ si qs. §. fi. Et qz gl. dicit hic^9. l. psumptio est mirabilis dicit Ja. bu. q mirabilitas insurgit ex eo q vnico actu pdit bñficiū q hz effectū successiuum ⁊ iure cōi qd vt s. l. volūtarie. s. de execu. rei iu. sz tolerat qz petēs dilationē psumpte vr velle soluere. ⁊ ideo hec sunt ꝯria qz eligēdo vnū aliud pdit vt. s. de codi. l. fi. ⁊. s. de. fur. l. i. c. ff. de inof. te. l. mf. Ultimo

f dicit Bal. q excōicatus ^f q acceptat dilationē ad soluēdum non potest postea conqueri de excommunicatione.

1 ¶ Acta publica faciunt fidem etiam mortuo iudice.

2 Acta iudiciaria eo qz a tabellione sunt scripta dicunt publica et habent perpetuam firmitatem.

3 Acta liti decisionē concernētia sunt duplicis generis.

4 Citari si debeat pars in publicatione testium.

5 Notario attestationū absente an alius de mādato iudicis poterit illas in publicam formam redigere.

1 Gesta. Casus. † acta publica faciūt fidē et mortuo iudice. h. d. Uel sic. mortuo iudice non perit acta publica firmitatem hñtia. h. d. ¶ Pro euidētia pmitto q qdā sunt gesta ex iudiciū q necessario sunt i iudicio publicāda vt est testiū nūcupatiuū vel in scriptis manu tabellionis nō scriptū ⁊ de istis gestis nō loquit hic vt hec. l. ꝯueniat subiecte materie. Sz dictū est. s. de test. l. publicati. ⁊ l. testā. l. ꝯsulta diualia. Quedā sunt gesta i iudicio ⁊ a manu publica

nis publica tabellionis scripta vt sunt acta iudiciaria.⁊ de istis
loquitur hec.l. ¶ Pro cuius declaratione est notandū φ glo.
5 hic posita tres lec.videt̄ı ca recitare. ¶ Prima est φ acta iudi
ciaria coipso φ a tabel.sunt scripta dicunt̄ publica ⁊ perpetuā
firmitatē habere.istam ponit glo.j.⁊.ħ.vsq̄ ad versic.vel gesta.
¶ Secūda est φ nō sunt publica ꝗ perpetuam habeant firmita
tem nisi per pronunciationē iudicis publicentur ⁊ formam pu
blicationis annectit ⁊ illam ponit glo.successiue vsq̄ a versi.vel
dic.et hec fuit opi.Jo. ¶ Tertia est ab illo versi.vel dic.vsq̄ ad
fi.Et hic videtur precedētes reducere ad concordiam vult enim
φ coram eodem iudice ⁊ eius successore in eadem instātia intel
ligantur publicata ⁊ firmitatem habeant licet per iudicis sniaȝ
vel pronunciationem non sunt publicata ⁊ hoc vult etiam glo.
fi.in diuersa autem instantia non habent firmitatem nisi fuerit
publicata per iudicē.vt in lec.Jo. ¶ Et ex ista tertia collige p
bationem opi.Ja.bu.in.l.prolataȝ.ꝯ.de senten.⁊ inter.qui dixit
quod omissio pulicationis processus non vitiat.⁊ hec bona sed
aliquā subdiuisionē patitur. ¶ Dic ergo sic aut iudex per sen
tentiam suam vel interlocutoriam processum publicauit coram
se ⁊ tunc acdum coram eius successore in eadeȝ instantia faciunt
fidem sed etiam coram alio iudice ⁊ in diuersa instantia preter
ea que pereunt lite mortua vt sunt acta iudicis constructiua.vt.l.
cum lite.ff.iud.solui. ¶ Et ideo attestationes que: secrete acci
piuntur sic publicate in alio iudicio fidē faciunt: debent tñ pduci
subscripte manu tabellionis actorum. Et in principio debet
facere mentionem de publicatione iudicis ideo dicat in princi.
infrascripta sunt attestationes testium examinatorum per taleȝ
iudicem ⁊ scriptarum tunc per me notarium actorum factorum
coram dicto iudice in causa tunc vertente inter talē et talē quas
attestationes dict⁹ iudex sua sentētia publicauit vt pȝ in actis
mei notariꝭ ⁊ post attestationes se subscribere ⁊ signum appo
nere dȝ nec exiguntur testes vt dicit ista glo. Nec exiguntur certe
mēbrane sed sufficiunt bombasine per no.ꝯ.de testa.l.quoniam
indignom.aut iudex processum non publicauit ⁊ tunc aut que
ritur in eadem instantia aut diuersa. Si in eadem tunc omissio
publicationis non vitiat sententiam siue sit lata ab eodem siue
a successore qui pro eodem habentur cum cuilibet eorum gesta
semper sint publicata vt hic in fi.glos. ¶ Si vero queritur in di
uersa instantia ⁊ hic est aduertendum φ acta ordinatiua vel cō
structiua iudiciꝭ quando sunt publice fiunt: ⁊ eorum respectu sed
non alia publicatio est necessaria.tamen illa pereunt instantia
perempta vnde de nouo sunt fienda si de nouo agatur.sed non
pereunt quin per illa acta probetur litem fuisse contestatam in
alia instantia ⁊ iuratum fuisse de calumnia. Nam respectu eo
rum que palam ⁊ publice fiunt in iudicio publico publicatio iu
dicis non est necessaria ⁊ hoc est vtile scire propter aliquos effe
ctus quos lit.conte.producit qui adhuc durant de quibus dixi
3 in.l.ij.ꝯ.de fruc.⁊ lit.expen. ¶ †Acta vero litis decisionem con
cernentia sunt duplicis generis quia alia sunt confessiones par
tium ⁊ illa etiam non pereunt nec aliam publicationem iudi
cis exigunt qꝛ publice ⁊ palam fiunt.⁊ ideo in alio iudicio pro
bāt.Sed in forma publica.i.a tabula actorum scripta ⁊ subscri
4 pta produci debent. ¶ †Alic sunt attestationes testium que in
secreto recipiuntur ⁊ iste nisi per iudicem fuerint publicate non
probant in alio iudicio.⁊ ita debent intelligi quedam gloss.que
sunt ante.pe.in.l.ij.ff que in frau.cre.licet Bald.illas limitet sm
quod.j.dicam.in eodem autem iudicio fit vt superius dixi ⁊ hic
in attestationibus receptis coram ordinario vel delegato vt hic
in prima glos. In receptis vero ⁊ publicatis coram arbitro dic
in electione partis contra quam producuntur esse an velit illis
stare an petere eos de nouo examinari vt.ꝯ.de testi.l.cum apud
¶ Quod autem dixi attestationes non publicatas per iudicis
interlocutionem non probare in alio iudicio fatentur aliqui scri
bentes verum vt Bald.refert. Si pars contradicat ⁊ petat eos
iterum examinari ⁊ ipsi viuant ⁊ presentes vel in loco proximo.
sint alias si pars non contradicat dicit φ tenebit publicatio.
ego idem fateor ⁊ dico quod glo.velit idem in.l.fi.ꝯ.de testa.sm
lect.prime gloss.vt ibi in secundo notabili dixi vbi vide. Et ideȝ
dicit ipse si pars contradicat ⁊ sint mortui vel sic in remotis φ
frustra petantur de nouo examinari tunc enim ne iustitia pe
reat dicit per istum iudicem in hoc nouo iudicio posse attesta
tiones illas publicari tanquam successoreȝ tanquam in iurisdi
tionem ⁊ per illas publicatas probari posse. Et hanc partē sua
det equitas ne ius partis pereat. Item quia hoc contingit in re
ceptis ad eternam rei memoriaȝ.vt.ff.ad.l.aquil.in.l.aqui.si de
legatum.⁊.ꝯ.de testib.l.si quando.⁊ aut.si quis.⁊ ibi dixi ⁊ quia
per publicam manum vt notariꝭ sunt scripta ⁊ autoritate iudi
cis competentis: ideo eorum fides sic faciliter perire non debet.
5 ¶ †Quero an in publicatione[a] debeat pars citari. Quidā for
a san dicerent quod non per istam gl.que dicit presente altera par
te vel non sed doc.contra arg.l.nam ita diuus.ff.de adopt.ideo
Jaco.but.subaudit ad glos.dum dicit presente vel non legitime

b tamen citata. ¶ Quero an testes[b] debeant conuocari in publi
catione testium vel processus. Respon.quod non vt in hac glo.
quia ad acta iudiciaria conficienda non conuocantur testes.sed
solum notariꝭ ad hoc deputati scripturis sufficit. ¶ Sed quid
si scriptura fuit perempta an tūc gesta potuerūt per testes pro
bari. Dic quod sic sed demum probant si dicant quod res ita se
habuit.⁊ qō scriptura facta fuit vel quod iam facta erat si prius
facta res requirit vt sententia.ꝯ.de testib.l.si quando.⁊.ꝯ.de fide
instru.l.emancipationē.⁊ vide quod dixi in.l.quoniam.ꝯ.de he
6 ret. ¶ †Quero si notarius attestationum est absens an alius
notarius de mandato iudicis poterit illas redigere in publicaȝ
formā dic vt dixi in.l.j.ꝯ.de spon.⁊.ff.de off.cōsul.⁊ hec sufficiāt.

¶ De executione rei iudi. Rubrica.

1 ¶ Executio ante sententiaȝ non est facienda.
2 Probationes ⁊ instrumenta non habent executionem paratā.
1 Nimis propere. Casus. † exe
cutio ante sen
tētiā nō est faciēda.h.d.vl' iuris ordine dic quod
not.j.codē.l.cōn quos. ¶ No.quod non est inci
piendum ab executione etiam si debitum sit su
2 pra probatuȝ. ¶ †Ex quo collige quod proba
tiones ⁊ instrumenta non habent executionem paratam.nam et
ad hoc sub iudice lis est.vt.ff.de peculio.l.cod.tempore.⁊.l.qui
debentur.nisi iuramentum iudiciale ⁊ confessio.vt not.ff.de iu
reiur.l.sed ⁊ si possessori.§.si cum de hereditate. ¶ Quero an in
casu huius.l.executio retractetur.dic φ sic.⁊ aliud non vult lex
ista.⁊ pro hoc.ff.de re iud.l.si cum nulla. ¶ Oppo.quod inordi
nate gesta valeant.nam ille qui agit pignoratitia debito non so
luto inordinate agit cum enim debito soluto vel aliter satisfacto
pignoratitia nascatur actio.vt.ff.de pig.act.l.si reȝ.§.omnes.et
tamen si ante agat ⁊ iudicio pendente soluat procedit actio.er
go ꝛc. Solu.sm Bal.quod hic est preposteratio substātie: ibi
accidētis. Vel dic quod hic est preposteratio ordinis necessariꝭ
et consequentis in diuersis instantiis: ibi non preposteratio or
dinis: sed est omissio eius quod est productiuum actionis. Item
ibi non preposteratur ordo iudiciorum hic sic. ¶ Opp.tunc se
c cundo quod preposteratio[c] vnius cause ad aliam non vitiet sen
tentiaȝ.vt.j.de app.l.j. Solu.quod hic est preposteratio effect⁹
ad causaȝ quare effectus est premissus sue cause quod est impos
sibile.ideo sententia est nulla ipso iure propter iuris impossibili
tatem: ibi est preposteratio causarū quarum vna vt effectus alte
rius non producitur ab alia. ¶ Oppo.ıı.quod etiam ante sen
tentiam pignora capiantur ⁊ distrahantur pro mensura debiti
vt not.de his qui ad eccle.confu.l.presenti. So.quod hic quan
do in causam iudicati ibi propter contumaciaȝ non comparen
tis.vnde ibi sufficit contumaciam procedere.hic necessario res
iudicata deberet procedere.
1 ¶ Stipulatio nouans sententiam illam tollit ⁊ eius executio
nem impedit ex stipulatione.
2 Libellus an debeat offerri in petitione executionis.
3 Citari si debeat pars in petitione executionis sententie.
1 Si causam. Casus.†Stipulatio nouās
sententiam illaȝ tollit ⁊ eius
executionem impedit ex stipulatione: quia nouante
d lagi permittit.hoc dicit. Vel sic.sentētia habet[d] pa
ratam executionem nisi sit sublata per nouationem.hoc dicit.
¶ Not.quod stipulatio nouans non habet paratam executio
nem.licet sententia sit nouata.sic concord.l.minor.xxv.ann.cui
fideicommissum.ff.de mi.⁊.l.si stipulatum.ff.de nouа. ¶ Que
ro quid si sit facta stipulatio non animo nouandi ⁊ postea cum
liberauit a dicta stipulatione.an remanet actio ex sententia.glo.
hic.⁊ in dicta.l.si stipulatum.sentit quod sic: licet arguat in op
positum ⁊ non soluat. Tu dic aut eum liberauit per acceptila
tionem: ⁊ tunc sublatum est omne remedium: quia acceptilatio
viȝ habet solutionis.vt.ff.de noua.l.rem.§.si duo.⁊.de libe.leg.
l.non solū.§.si duo.sed liberatione tollitur vtrumq̄.vt.ff.de no
na.l.si stichum.§.penul.ergo ꝛc. Aut liberauit eum a stipulatio
ne per pactum: ⁊ tunc remanet sententia in sua firmitate.argu.
ff.de re iudic.l.iij.§.si ex conuentione ⁊.ff.de ser.vrba.prediorū.
2 l.si domus. ¶ †Quero secundo an in petitione executionis de
beat offerri libellus.⁊ videtur quod sic.vt.ff.de petitio.heredi.
l.item veniunt.§.idem recte. In contrarium quia ex materia li
tis primo oritur lis noua contra.l.terminato.ꝯ.de fruct.et lit.
expen.⁊ sic iretur in infinitum contra.l.primam.ꝯ.de senten.que
pro eo ꝛc.doctores dicunt aut petitur executio iudicis officio et
tunc libellus non est necessarius: argumento huius legis.et di
gestis de euic.l.si pignora.facit quod not gloss.in.l.qui de inof
ficio.ff.de inofficioso testamento.⁊ est ratio: quia hec executio
iam fuit petita in priori libello dum actor petiit reum condemna
ri ⁊ cōdēnatū cogi ⁊ cōpelli.vn̄ istius coactiōis ⁊ cōpulsiōis nulle

a ¶ In publicatiōe vide gl.in.l.solaȝ ꝯ.d test.⁊ bal.i.l. si qñ.l.ñ.col. hic oll.⁊ bal.hic.in.j. colum.
b ¶ An testes.vide gl. pdictā in.d.l. solā.quaȝ sequit̄ bal.in.d.l.iurisiu randi.in fi.de tes. ⁊ bal.hic in.ıı.co. ⁊ vide Abb.in.c. coraȝ.de test.
c ¶ Preposteratio hoc facit ad libel lū in quo φ petit cogi cōdēnatū non valeat: qd si omis sit cōdēnari.vide doc.in.c.ıı.de or. iu.⁊ Jo.de imo.j l.si cū nulla.ff.de iudic.
d ¶ Sni habȝ.qō intelligat̄: l hac materia.et adde tex.no.⁊ quod ibi bar.sm istā lec.j l.tale pactū.§.q̄ p nocaunt.ff.d pac. ⁊ qō ibi no.Bar. in.l.j.ff.in.sol.

petitur executio per iudicis officium ad quem spectat. vt. ff. de iu di. l. si pretor. in principio. et ff. de rei ven. l. qui restituere. Aut agit actione resultante ex sententia de qua. l. actori. s. de iureiurand. et tunc libellus est necessarius: et super eo lis contestabitur. vt. d. §. idem recte. et ita intelligatur qd no. gl. s. de sen. que sine cer. quan ti. l. j. fm doc. ¶ Addit Bal. q sniа pducta per actores ad nul lam defensionem admittetur reus nisi ex si qua post sniam super uenisset vt hic. et s. tut. j. l. j. sed certe et alique prime competentes possunt opponi. vt not. s. de iur. et fact. igno. l. adeo dic vt dicam j. quo. ap. nō re. l. ab executione. vbi per. Cy. ¶ Sed iuxta pric
dicta non amitto quod quidam dicunt quod falsum est quod iu dicis officium competat. sed solum actio iudicata que parataz hz executionem. vt. d. l. actori. tum qr superuacuis non vtimur. vt. j. de ap. l. ampliorem. §. in refutatoriis. tum qr officium iudi cis vt remedium extraordinarium dz cessare per ordinarium vt ff. de mi. l. in cause. Et pro hoc specialiter inducit vt ff. s si mu. ven. no. l. j. §. necessario. Sed tene qd dixi q qn officium est inuē tum ad coadiuuationem remedij ordinarij possunt simul cum illo concurrere. vt no. ff. de rei ven. l. j. §. per hanc. et sic non obst. l. in cause. ff. de mino. Similiter non est vnum superuacuum per aliud. vt pz ex proxime dictis. Itē ex alio apparet vtilitas si sen tentia petatur executioni mandari in alio loco et diuerse iurisdi tionis. nam nisi litere primi iudicis sint huic directe non habe bit locum officium iudicis. sed oportebit quod agat actione in factum et quod ex ea condemnaret et eo condēnato imploret eius officium secundū Bal. indu. no. per Inn. extra de fo. compe. c.
4 postulasti. ¶ † Quero an in petitione executiōis snie pars cita ri debeat dic q sic. ar. nam ita diuus. ff. de adop. potest enim ha bere exceptionem executionem impedientem vt hic. et s. tit. j. l. j. et j. si ex fal. instru. l. si. et latius dicam in. l. ab executione. j. quo s ap. non re. ¶ Tunc quero an exceptio nullitatis[a] impediat exe cutionem. dic vt dicam. j. e. l. si vt proponis. vbi Cy. ponit. et po nitur per Bart. ff. de re iudi. l. iiij. §. condemnatum. Bartho. de Salyce.

1 Emptore pignorum non reperto creditori in solutum dāt pignora.
2 Pignora pretoria debent capi in causa iudicati.
3 Possidere si statim dicatur missus in possessionem ex causa iu dicati.
4 Creditor accipere compellet in solutū de bonis debitoris si ha beat sed non poterit eum incarcerari facere.

1 **Ordo.** Casus. † Si emptor pignorum non re perit creditori in solutum adiudicātur. h. d. Uel sic. creditor in subsidiū admittitur ad acci piendum in solutum pignora capta pro sentētia exe
2 quenda. h. d. ¶ † No. quod in causa iudicati debent pignora p̄e toria capi. Item quod illa non possunt in solutum dari nisi prius subhastentur. Et sic potest hoc colligi quod ad secundum decre tum pro sententia exequenda non potest peruenire nisi precedē te subhastatione vt hic. ¶ Item not. quod ex litera ibi dum di cit subhastatus quod non repetente a subhastatione dz recediz
1 pui in ea morari. et intelligatur quandiu non reperitur emptor lege nisi et in ecclesia in qua statum sunt. xx. dies. vt in aut. hoc ius
1 porrectum. s. de sa. san. ec. Et ideo in iudicis arbitrio relinquitur licet glo. in. l. si tempora. j. de fi. instru. et iure haste fis. lib. x. sic per functorie transeundo d. xerit quod preco diceret si quis melio rem conditionem attulerit infra mensem sed de rei veritate tē pus taxatum non reperitur nisi in ecclesia. et. xx. dies et istos. xx. dies in co. ti. l. j. extendit ad cuiuslibet rei subhastationem qd in tellige de immobilibus. nam mobilia tanto tempore nō subha stantur: consuetudo igitur regionis attendi debet. ¶ Et scias q si tempus est statutum in subhastatione et interim fine tempo ris non expectato alicui ex litigatoribus tradantur in bonimus quilibet vltra offerens auditur. casus est in. d. l. si tempora quod tene cordi. ¶ Item no. quod sicut iudex facilem et promptum se reddit pro executione rei iudicate sic promptum et facile se debet exhibere aduersus calumniam contra executorem committere. et pro hoc accedat. ff. s si mulier ven. no. ca. in possessionem mi. l. j. §. i. ver. dicunt enim. ¶ Quero primo an victor inter alios ad mittatur ad litigandum. et dic quod sic. vt. j. si in causam iudica. cap. l. ij. et nota. ff. de iud. l. a diuo pio. §. si pignora. vbi gloss. bo na que dicit quod victor habet quatuor vias. Una est vt quasi pignora teneat. secunda vt si velit sibi adiudicatur pro quantitate debita. Tertia quia potest licitare et emere vt ceteri. Quarta qr si victus callide faciat quod emptor non inueniat potest victor impetrare dominiū a principe pro iusto precio vt. l. fin. j. si pig. l cās iu. cap. sit. ¶ Sz hoc aduerte qr gl. l. d. l. si. et in. d. §. si pi. di cit q hec lex dz intelligi fm hunc quartum modum nō vr quia hic non a principe sed a preside impetrat. vnde iste videt quītus modus s impetrandi a preside. Est et sextus vt iudex det in solu tum pro iusto precio vt videmus fieri quotidie. et hūc ponit alia gl. in. d. §. pignora. ¶ Nunc quero. ij. cum gl. qd si adiudicet cre

b ditori in solutū[b] an intelligat adiudicata p toto debito etiā in eo inuito. ista glo. dicit qd sic. et s. no. glo. in. l. a diuo pio. §. si pi gnora. sed ea sic concorda: quia aut creditor seu victor qui eligit sibi adiudicari i solutū simpliciter dicit pro debito vt iudex ad iudicat pro debito vel simpliciter alio non dicto: sed intelligat pro toto precise et pro toto adiudicationē factā esse vt in hac gl. aut petit sibi adiudicari pro vera rei estimatiōe. et tūc pro pluri nō pōt eo inuito. vt in gl. s et tūc simplr adiudicādo. et intelligit pro vera rei estimatiōe. vt. l. fina. j. de iu. do. impetran. fm Iaco.
3 bu. et dnm meum. et Bar. ¶ † Queri pōt an missus in possessio nem ex cā iudicati dicat statim possidere et glo. dicit q nō. sed so lum est in possessione per. l. iij. §. si. ff. de acqui. pos. et per. l. si duo §. creditores ff. vti pos. et ff. de pig. ac. l. nō est mirū. §. sciendum. et ita no. glo. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. ff. de re iu. ¶ Sed Bar. ibidē tenet s dicens eū possidere sicut creditor conuentiona lis. et de hoc dic t esse casum. ff. vt leg. not. ca. l. postq̄. §. impera tor. et pbat etiā ex eo qr imperator duos separatos titulos fecit. vt patet. j. si in cām iudi. pi. ca. sit. j. de p̄to. sup. ex quo colliget qd vtriusqz nō est idem ius et potestas. vt. l. si idem. s. de codi. sed aliquid speciale voluit inducere pignore. Ad allegata in opposi tum rñdeo q loquunt in alio p̄torio pignore q̄ ex causa iudica ti: cum sit pretoriū et separat eum a ti. generali de p̄to. pig. Ad allegata in opp. rñdet qd loquit in alio pretorio pignore q̄ ex cā
4 iudicati. cogitabis. † ¶ Quero de eo quod occurrit quotidie[c]
c creditor ex cā iudicati fecit debitorem incarcerari. dicit debitor accipere de bonis meis in solutum. creditor nō vult sed dicit vē de illa et solue mihi alie replicat: non reperio emptorē. querit qd remediū habe it debitor ne mittatur in carceribus. dicit Bal. q iudicis officiū potest implorare per qd creditor cōpellat acci pere in solutum et poterit tunc res meliores accipere. et de hoc dicit casum esse in aut. de fideius. §. quod autem. ¶ Quero quid si res per executorē vel iudicē ex causa iudicati in solutū data vel per subhastationem empta sit euicta. an debitor teneatur. dic q sic: quia ipse dedisse vel vendidisse interpretatur. ideo de euictio ne tenetur. v. j. de euict. l. sed si ob causam. et. ff. de euic. l. si pigno ra. et ita not. gl. in. l. id quod nostrum. ff. de regu. iur.

Stipēdia. Publica stipēdia nō vēdunt nec in solutū adiudicantur nisi in subsidiū. h. d. cū gl. ¶ Op. de. l. cōmodis. ff. de re iu. solu. q ibi i subsidiū. ¶ Quero an possit p pactū
d alteri[d] obligari. dic q nō vt in gl. ¶ Quero quid de prebenda
e clericorum[e] dic idem vt in glo. nam sicut hec reuerētia reip. ope ratur: ita reuerētia debita ecclesie quā de militia ex qua annuus redditus percipitur. Et q̄ est in nostro commercio. responde. non idem quia mercalis est. vt. s. de colla. l. illud. et. j. de pign. l. si. et. ff. de mino. l. iij. §. si quid. ¶ Quero quid de iure colligendi passa gium. rñ. fm Bal. aut est concessum specialiter persone in loco: et tunc equiparatur nominibus debitorum. aut est concessum lo co simpliciter: puta quod omnes transeuntes per talem pōtem soluant et equiparatur immobilibus: quia eis coheret. ad hoc facit quod not. Dy. in. l. erga. ff. de acqui. re. do.

1 Peruenitur in subsidium ex causa iudicati ad nomen de bitoris.

1 **Etiā.** Casus. † Ad nomē debitoris peruenit in subsidiū ex causa iudicati. h. d. cum gloss. ¶ No. q ad nola debitorū veniri nō pōt nisi excus sis bonis mobilibus et immobilibus principalis de bitoris. ¶ Oppo. igit de. l. a diuo pio. §. in vēditione. ff. de re iu. Sol. q hec fm illam. et sic ad nola debitorū deuenit in subsidiū et forte est ratio qr executio in oībus cōcernit rem alienā non de bitoris. ¶ Opp. ij. de. l. a diuo pio §. sit quoqz. ff de re iu. Solu. qd hic fm illam puta si debitorē se fateatur vt in glo. ¶ Quero igit quid fiendum si non cōfiteatur sed negat. Rñ. aut constat de presenti q malitiose facit. aut dubitabat. Primo casu nō differ tur executio arg. s. de comp. l. si. Scdo casu differt executio: et tūc duo sunt remedia prodita. vnū quod dēt cura homini qui actio nes moueat. et ita not. glo. s. qn si. vel pti. debi. ex su. conue. l. ij. et ff. ex qui. cau ma. l. ab hostibus. in prin. et potest creditor ipse cu ra dari. vt. ff. de neg. gest. l. debitor et de cur. fu. l. curius. Aliud re mediū est vt creditor agat vtili hypothecaria si nomē erat obli gatum. vt. l. nomen. j. que res pi. ob pos. Sed qz a dubitari pōt remitto ad ea que scripsi in. d. l. ij. s. quādo si. vel pti. et in. l. hereс dem. s. d hered. ac. ¶ Quero. ij. qd si nō fatet nec aliter negat sed exceptionē opponit. dic qd si in probatione exceptionis deficit pro cōfesso habet fm glo. singu. que est in aut. de exhi. re. §. susce pto. col. v. signata sup verbo cōtestatiōi. ¶ Quero. iij. de modo mittendi primo in possessionem istorū nominū. Rñ. vt no. j. de p̄to. pi. l. i. ¶ Quero. iiij. de modo excipiēdi mobilia et imobilia debitoris principalis cū ad debitorē debitoris peruenire nō pos sit nisi illis excussis vt hic. Respon vt dixi in. l. ij. in q. pe. s. qn si. vel pti. vbi posui modum practicādi. et not. quod in executione queritur an illa mobilia vel immobilia sine questione capi pos sint vt

a ¶ Exceptio nullitatis. adde glo. et Io. an. in. c. cū in iure de of. dele. lap. inde. j. de re iud.

b Si adiudicet creditori i solutū adde de hoc q̄stio vltra hic notata p bal. in. iij. q̄ sic. q̄ro cū glo. col. j. q no. bar. i. l. a di no pio. §. si pi gnora. d re iudi.

c ¶ De eo qd occur rit q̄tidie. vide de hac q. Bar. in. l. pma. j. qui bon. ced. pos. vbi ibi dē et tex. que alle. ponit i aut. hoc nisi. d sol. no. imo i. l. a diuo pio. §. i vēditiōe. ff. de re iu. et bal. hic not. quēadmodū Sa.

1 ❡ † No. quod equitas mitigat rigorem et ei prefertur. ❡ Item nota. quod vbi primus haberet solum generalem hypothecam et secundus specialem quod hec specialis non prefertur illi generali. sed generalis speciali. Et ratio est quia tunc rigor et equitas pro generali faciunt. ❡ Opponitur contra tex. in ea parte dum dicit. si certum est eum vniuersum redigere posse ex his que specialiter obligata sunt etc. Quia vbi hoc non sit certum sed dubium. nos dimittit in incerto contra §. quibus. j. de nouo codi. componen. Sol. vt in glo. tertia supplendo quod in dubio presumitur ex speciali hypotheca vniuersum debitum redigere posse nisi contrarium probetur. arg. j. de distra. 2. pigno. l. que specialiter. ❡ † Ex quo not. quod quod pignus accipit creditur idoneum accepisse pro quantitate debenda nisi postea appareat de contrario: vt. j. l. proxi. ❡ Opponitur secundo quod in casu nostro posset eligere quod agat ex generali vel speciali hypotheca. vt. ff. de distra. pig. l. creditoris. et. ff. qui po. in pig. habe. l. qui generaliter. § prin. Sol. primo quod illa de rigore. hec de equitate. Hec non est bona quo ad leges illas. ideo glos. soluit vtramque per se. Et primo ad legem creditoris. de distra. pig. respondet quod ibi erat vnus creditor tantum. et sic nulli alii creditori afferebat preiudicium. hic alius creditor erat cui preiudicaturus erat. ❡ Ad legem qui generaliter. ff. qui potio. in pig. ha. respondet glo. quod creditor primus hypothecam tantum generalem habebat. et hoc in primo casu huius. l. In secundo autem qui magis obstat dicit et bene quod pars acceperat specialem hypothecam pure et generalem sub conditione si ex hypotheca speciali sibi satisfieri non posset. vnde cum ex speciali satisfieri sibi potest generalis locum non habet. Ideo secundum creditor in sua speciali que fuerat in bonis generaliter obligatis. primo solus creditor inuenitur. et in hoc solo differt ab ista. quia hic vterque creditor hypothecarius circa idem reperitur. in effectu tamen ambe sunt concordes. ❡ Concludo igitur predicta sic. interdum est vnus creditor tantum habens plures hypothecas. et tunc ipse potest prosequi quam velit: vt. l. creditoris. ff. de distrac. pig. aut sunt plures creditores: et tunc aut quilibet eorum habet vnam tantum. et ille potior est qui potior est in tempore: vt. j. qui po. in pig. ha. l. ij. in fi. Aut primus habet duas vnam specialem aliam generalem. Secundus vnam tantum et tunc aut primus habet vtranque simpliciter et pure et tunc de iuris rigore potest prosequi vel vti qua velit. sed de equitate non vbi ex speciali potest sibi satisfieri. vt hic. Aut habet specialem pure et generalem sub conditione subsidiaria. pure tunc sufficiente sibi speciale hypotheca secundus creditor non solum est potior. sed etiam est solus in alia hypotheca. vt. l. qui generaliter. §. respon. ff. qui po. in pigno. ha. Aut econtra primus habet vnam tantum. secundus duas. et tunc primus est potior in sua illis ambabus iuxta regulam. Qui prior est tempore potior est iure: vt. d. l. ij. in fi. et. l. qui prior nisi hypotheca secundi sit priuilegiata: vt. l. licet. in eo. titu. ❡ Querit glossa si. hec lex procedit debitore possidente quid si extraneus possidet vel creditor primus. an idem erit quod hic dicitur. Et responde quod sic. quia eadem est ratio. ergo et eadem iuris dispositio. vt. l. illud. 3 ff. ad legem acqui. et idem dicit Iac. bu. Cy. et Bar. ❡ † Querit Pe. et Cyn. hec lex ex sui serie videtur loqui quando specialis hypotheca precedit generalem in persona primi creditoris. Sed quid econtra si debitor generaliter obligauit omnia bona sua et specialiter talem fundum an ista lex locum habebit vt non derogetur generali secundi creditoris si ex illa speciali potest primo satisfieri. et dixit Pe. non idem: quia tunc in generali anteo

a ❡ In opere publico inscribi fecit. facit hec. l. in arg. ad hoc quod domus in qua depingunt arma principis vel comitis debent confiscari. l. i. C. vnde pri. sti. su. vel al. impo. sed Io. de pla. in. l. si procuratorem absentem collu. 2. ff. de pen.

b ❡ Pro rata sui extimi. Quod collecta pro ampliando castro ipsum debeant per viros possessiones singulorum adde Bal. et mo. der. l. i. l. i. fi. col. v. venio ad secundum et dico. j. de mul. et in quo lo. et in. l. pro hic binis de inmu. ne. conce. li. x. et bal. l. l. et in pe. col. in v. modo viden. est de collecta. et l. l. omni. ff. de vectig.

c ❡ Vel insidie. Hec l. prestat ar. quod non liceat alicui edificare domos coherentes muris de quo vide quod notant l. pro prouincias. nu. fi. x. preterea in. d. l. opus no. in spe. st. in ver. inconsulto principe. j. de edi. priua.

d ❡ Specialis hypotheca. adde sec. consil. cxxviij. incl. circa principium consultationem. et qui to. et vlt. est ver. se. i. quod prec. har. lxxij.

a Creditores. Hunc ad[illegible] in casibus. l. creditore si edit [illegible] auctoritate iudicis sit necessarius libellus. Ja. de bel. format hanc quest. & consulunt quod sic si aduersarius contradicat refert Jo. a [illegible] in ti. de lib. concep. §. nunc dicendum. ver. ix. in vl. addi. illius ver. & p Bar. post gl. in. ij. q. in prin. & in. v. q. ver. pone quod debitor.

b ¶ Creditor. et Jo. de. Alex. consi. c. ij. par. post Jo. de imo. l. c. potuit. pe. c. bar. & [illegible]

1 ¶ Ingrediens per licentiam per pactum datum a vi excusatur.
2 Creditor bona debitoris quando possit accipere: & quando ei liceat propria auctoritate possessionem bonorum eius ingredi & nu. seq.
8 Debet verbum quando necessitatem importet. & nu. 9.
10 Creditor ex pacto ingrediens an dicatur vim facere si debitor resistat.
11 Violentia quando possessionem vitiet.
12 Creditor quando possessionem debitoris inuiti possit ingredi. & nu. seq.
16 Jus exequendi quando transeat in singularem successorem et nume. seq.
20 Pactum de ingrediendo possessionem factum creditori a debitore quid operetur. & nu. seq.
25 Debitor hypotheca ius quando possit contra singularem experiri.
26 Pupillus an possit creditori suo licentiam dare ingrediendi suam possessionem.
27 Creditor virtute pacti an possit in res ecclesiasticas ingredi.
28 Creditor an possit ingredi debitoris mora in soluendo non precedente.
29 Judex quando ex vrbanitate dicitur an debeat aduersarius citari.
30 Pignus an dicatur conuentionale vel pretorium quando creditor ingreditur de licentia iudicis.

Creditores. a Bar. istam. l. reperit ego sub breuitate ea non quod postero tradam que vtilia dixit. & quia nouum casum & inauditum ponit in lege ista dicens per illam euitari contraria glo. & eo illum anteponam. Sm quem diuiditur in duas partes. quia primo queritur an per simplicem ingressum dicatur vim committere. ita quod incidat in penam. Secundo an possessionem per talem ingressum possit sibi acquirere. secunda ibi. & tamen. ¶ Casus. 1 Per pactum simplex de ingrediendo datur dumtaxat licentia ingrediendi per quam ingrediens excusatur a vi. Sed non dat potestatem acquirendi possessionem sine iudice. hoc dicit sm comm. & hunc intellectum dicit probari ex aliquibus differentiis traditis a iure. nam de iure aliud est esse in possessione vel mitti in possessionem & aliud est possidere vel iuberi vt possideat: vt. ff. de acqui. posses. l. ij. §. fi. & ff. p hered. l. ij. in prin. & ff. ex quibus causis in pos. ea. l. cum legatorum. & ff. vt in pos. leg. l. is cui. in prin. & §. qui legatorum. ¶ Sic in proposito aliud est dare creditori simpliciter solam de ingrediendo. & aliud est dare insuper de accipiendo sibi corporalem possessionem. nam per primum non datur licentia possidendi sed in possessione standi. per secundam sic. Et ideo notarii in instrumentis apponunt vtrumque scilicet ingrediendi possessionem corporalem sibi apprehendendi & accipiendi & penes eam retinendi. ¶ Iste intellectus mihi non placet. quia prime parti huius legis non conuenit dum dicit possessionem exercerent per quod dat intelligi quod possessionem habebant & quod vel vtrumque erat concessum. s. ingrediendi & accipiendi sibi corporalem possessionem vel de ingrediendo possessionem tantum non enim dicit fundum sed possessionem & loquor de creditore hypothecario nam per pactum de ingrediendo hypotheca transfertur in pignus per ingressum. Et hoc vult hec no. l. Secus dico non hypothecario. & modo habes quod hec lex facit ad titulum. ¶ Nec obstant leges per Bar. allegate quia in eis iudex qui mittit non agit vt missus possideat sed contrahentem sic: idem esset in iudice nisi hoc ageret: vt. l. ij. si propter in rem actio & ff. ex quibus causis in pos. ea. l. fulcinius. §. fin. ¶ Reuertor ad intellectum antiquum glo. accursij cum quo transiuerunt omnes doctores vsque ad tpa Bartoli quem communiter sequuntur moderni. & sm eum diuiditur in duas partes. Quia primo tractat de iure. Secundo de vrbanitate. secunda ibi. & tamen. ¶ Casus. b creditor ex conuentione potest possessionem bonorum debitoris accipere. nec ex hoc dicitur vim facere licet vrbanius sit ingredi iudicis auctoritate. hoc dicit. ¶ 3 Pro positione terminorum premitto quod creditor qui occupat bona debitoris propria auctoritate dicitur vim committere & incidit in penam edicti diui marci. de quo in. l. extat. ff. quod metus causa vel constitutionis. l. si quis in tantam. supra vnde vi. Pone igitur quod hoc creditor fecit ex pacto quo conuentum erat vt pecunia suo tempore non reddita ei liceret ingredi possessionem bonorum debitoris propria auctoritate & pignoris iure ea sibi retinere. An tunc dicetur vim facere vt incidat in penam predictarum legum & dicitur quod non etiamen vrbanius fecisset si auctoritate presidis fecisset etiam de eius auctoritate possessio-4 nem adipisci debet. Hec est positio casus Accursij. ¶ 1 No. primo quod creditori ex pac. c licitum est ingredi propria auctoritate possess. bono. debitoris sui. concordat. s. de pigno. actio. l. penul. in fi. & s. de iudi. l. cum debitoris. & ff. de furt. l. cum creditor. omnes allegate in princi. glosse. ¶ Secundo not. quod conuentio facit licere quod alias non liceret. vt hic & legibus proxime allegatis. ¶ Tertio no. quod violentia actualis non officit vbi licentia conuentionalis processit sui iuris conseruatiua. ¶ Quarto nota. quod non licet debitori contra conuentionem iuris creditoris conseruatiuam venire. ¶ Quinto quod vim non facit d qui iuste insistit vel resistit. d Et est ratio: quia eius aduersarius non iuste agit: vt. l. vim. ff. de iusti. & iure. & s. vnde vi. l. j. ¶ Sexto quod aliqua licet iure que tamen non licent de vrbanitate. vt hic in fine. concor. s. de fur. l. ciuile. ¶ Septimo quod in vrbane commissa dummodo a iure non sunt reprobata non veniunt punienda. concordat. ff. de sepul. viola. l. iij. §. quod ad perpetue & alle. ll. hic in fi. gloss. allega. ¶ Octauo quod verbum debet quod sui natura importare videtur necessitatem impropriatur & sumitur pro potest. vt hic in vltima gloss. ¶ Ex quo sequitur nono quod verba impropriantur quando proprie sumptis resultaret iuri contrarius intellectus vel aliqua repugnantia in lege. ¶ Vltimo nota quod vrbana & eleganti vel ciuilia sola non necessitant. ¶ Ex quo collige quod habitum pro vrbano a lege non preferetur rigori iuris licet equitas approbata sit: vt. l. placuit. s. de iudi. & sic nimius est vrbanum quam equum. ¶ Opponitur contra primam partem quod vim faciat quia sua auctoritate facit: vt. s. ad. l. iul. de vi. l. in possessionem. & vi bo. rapto. l. iij. & s. sol. mat. l. dotis. Sed solue quod citra conuentionem vim faciat. vt in contrarijs. sed conuentione precedente vim non faciat vt hic. & l. pen. s. de pigno. actio. & hoc vult glo. j. vsque ad versi. sed quid si debitor 6 quam omitto & prosequor contra. ¶ Opponitur secundo quod immo vim faciat etiam si conuentio precedat. vt in hac. l. in fi. vbi dicitur quod iudicis auctoritate debet facere. ergo sine ea vim facit. Solu. vt in gloss. fina. in princi. Primo quod verbum debet exponitur pro possunt. & sic non necessitat vt. s. quomodo & quando iudex. l. j. & ff. de offic. presi. l. sepe. & ff. de iudi. l. non quicquid. sic & alias exponitur. ff. de offi. procon. & lega. l. obseruare. §. fina. Vel secundo dic quod debent ex vrbanitate. sic. s. de furt. l. ciuile. si tamen suo iure vti volunt. possunt vt hic. in prin. & ff. de sepul. viola. l. iij §. non perpetue. & ff. de reli. & sump. fune. l. si quis sep. & l. at si quis. s. idem labeo. & hec secunda solutio est communis. ¶ Sed vt hanc materiam subtilius speculandi considera bene quod iste textus in versi. et tamen. non loquitur de preterito dicendo debuerunt. sed loquitur de presenti per verbum debent et sic loquitur post ingressum iam factum de quo predixerat. & de aliquo querendo vltra id quod quesitum fuerat per ingressum. 7 & ideo aliter intelligo istam legem. ¶ Pro cuius declaratione premitto quod licet creditor iure pignoris possideat & ciuiliter & naturaliter secundum glos. vt no. s. de prescrip. xxx. anno. l. & notissimi. §. sed cum illud. tamen respectu eorum que concernunt dominium vel ius dominij debitor dicitur possidere non creditor vt. ff. de vsucap. l. pignori. Et sic diuersis respectibus quilibet dicitur possidere. ¶ Vult ergo dicere iste tex. quod licet per conuentionalem ingressum fuerit adeptus possessionem iure creditoris & pignoris non tamen possidet iure dominij vel quasi sed debitor. Ideo si possessionem illam que concernit ius dominij vel quasi vult adipisci debet hoc facere auctoritate presidis quia propria non potest. Et iste intellectus videtur mihi conformis huic litere in qualibet sua parte. Et verbum debent stat proprie. vnde ipsum tene cordi. quia nouus est et confirmabitur fortius ex 8 his que dicentur infra in prima questione glosse. ¶ Vt tamen c cognoscamus quando verbum debet c vel debes stat proprie vel non: & sic importat necessitatem vel non. Dic secundum Bartolum: aut profertur affirmatiue aut negatiue. ¶ Si affirmatiue. et tunc aut dirigitur ad eum cuius fauorem respicit: et tunc ponitur pro potest: vt. ff. de officio procon. lege obseruare. §. finali. & ff. de interrogatoria actione. lege qui interrogatur. Et ratio

in bacca. l. ij. §. q.
¶ Ab creditor ex pacto quod alias non potest possessionem propria auctoritate [illegible] ca. l. pos. [illegible] in notatione circa [illegible] dicit. ij. col. l. a gte c. bar. cc ij.
d ¶ Quinto si [illegible] resistit. Tu declarando hoc [illegible] sal. l. l. i. nu. i. & quod ibi posui in additione ad [illegible] vi repellere. l. s. vnde vi.
¶ [illegible] quod [illegible] necessitatem [illegible] l. s. [illegible] furtis. bart. [illegible] l. m. la. de ali. le. Bal. l. c. [illegible] apud quem [illegible] de gerouer. l. vlt. [illegible] glo. & doc. l. c. proposuit [illegible] apud est verum [illegible] gnificatione gl. [illegible] accedit [illegible] statureq. Item nisi quando habuit consilium sapientis [illegible] de [illegible] consilio de here credi. non congrue credere bar. l. l. bonor. ff. [illegible] pos. Item quoque [illegible] subiectam materiam non dicit necessitatem [illegible] proprie quando de bonestate gl. [illegible] vim [illegible] proposuit. [illegible] Item quando sapit honestatem gl. [illegible] l. d. cle. accedentes puniri quoque [illegible] vt no. l. l. obserua [illegible] & ibi bar. in prin. ff. de of. postul. & [illegible] l. plautius [illegible] eu. l. sepe. de off. p [illegible] bar. [illegible] repe. [illegible] ad creditorem non importat necessitatem bal. l. c. ij. apud quem vel de gerouer. seu. [illegible] de imo. l. d. l. sepe. Item ad hoc [illegible] & potest simul [illegible] importat necessitatem [illegible] bene. cle. i. cum glo. de stat. mo. alex. co. si. ccxvj. in fi. [illegible] parte.

ratio est qz potius cõsultiue ponitur. Aut non respicit eius fa-
uorem. & tunc aut si sumatur necessitatiue resultat iuri contra-
rius intellectus vel alterius legis contradictio & tunc impro-
priatur & stat pro potest. vel limitatur vt de vrbanitate vel bo-
nestate intelligatur: vt in hac .l. & .ff. de lega. iij. l. l. si quis seruum
§. inter. & de iudi. l. & post edictum. in prin. Aut non resultat iu-
ri contrarius intellectus seu contradictio legis: & tunc stat pro-
prie & necessitatiue: vt .ff. quod quisqz iuris. l. j. §. i. & .ff. de eden. l.
pretor. in princi. Si autem proferatur negatiue tunc necessita-
tem abstinentie importat: vt .ff. de dolo. l. non debet. ff. de regu.
iuris. l. non debet. Fallit vbi sic intelligendo resultaret iuri cõ-
trarius intellectus: quia tũc intelligitur de honestate vt in tex.
9 & glo. ff. de offic. procon. l. solent. § sicut. ¶ † Op. iij. quod si ver-
bum debet hic accipiatur de vrbanitate vt dicit gl. sequitur qđ
contra hanc vrbanitatem faciens venit puniendus. cuius con-
trarium vult hic glos. in prin. huius legis. vnde videtur obsta-
re .ff. de leg. l. i. & .ij. Solu. scđm Bar. quod illud procedit quando
ciuilitas & vrbanitas est redacta ad precepta. nam tunc puni-
tur contrafaciens vt ibi: secus si nõ sit ad precepta reducta sed
ad consilium tantum sicut hic in alijs legibus in glo. allega. si-
mile in sacra pagina. nam faciens contra precepta peccat mor-
taliter & punitur non faciens contra consilia. sicut est illud. ven-
de omnia que habes & da pauperibus. ¶ Opponitur quarto
ab extra quod hec lex non sit situata sub congruo tit. quia in ea
non tractatur nisi de acquisitione possessionis ideo situari de-
bint sub titu. de acquiren. posses. & non sub isto de pignoribus.
cum hic de pignore nihil dicat. Ista oppositio non est mihi le-
uis & miror quod nullus doctor ipsam format. & tamen eius so-
lutio est declaratio huius legis. ¶ Dico igitur sic quod inter-
dum creditor fecit pactum vt pecunia non soluta suo tempore
ei liceat ingredi posses. bono. creditoris. & vltra non dixi. & sub
distinguo sic. Aut creditor habeat tantum personalem actio-
nem contra debitorem & non hypothecam in bonis eius. & tũc
tale pactum per ingressum non afferat ei pignus nec possessio-
nem nisi iudicialem vt facit immissio per iudicem: vt .l. iij. §. fina.
ff. de acquiren. posses. & .l. §. ff. de vsuc. pro here. & ex quibus cau-
sis in posses. ea. l. cum legati. & tunc procedit intellectus Bar. sz
tunc lex ista nihil facit ad titulum nec prime parti bene conue-
nit vt superius dixi. Aut creditor habebat etiam hypothecam
in bonis: & tunc puto quod per hoc pactum de ingrediendo in
possessionẽ bo. intelligitur data licentia apprehendendi posses-
sionem & loco pignoris retinendi. Et iste est casus hic in prima
parte. & tunc hec lex bene facit ad ti. quia hypotheca per appre-
hensionem transit in pignus & possessionem habet & exercet cre-
ditor eam quam alij creditores habent in pignore sed non eam
quã habet debitor iure dominij vel quasi nisi eam adipiscatur
autoritate presidis: vt hic in secunda parte & in intellectu quem
supra posui. & hoc quando vltra pactum de ingrediendo proces-
sum nõ fuit. ¶ Si autem vltra processum fuit. s. vt ei liceat sua
autoritate ingredi possessionem & eam loco pignoris sibi tene-
re tunc dico quod etiam si prius hypothecam nõ habebat. nũc
per ingressum sibi pignus acquirit & possessionem habet veram
tam naturalem quam ciuilem sicut si a principio pignus tradi-
10 tum esset & etiam per istum modum lex facit ad titulum. ¶ † Ex-
peditis oppositionibus necessarijs venio ad questiones & pri-
mo. Quero cum glo. i. quid si cum creditor vult ingredi ex pa-
cto debitor ei resistit & resistentia non obstante ingreditur an fe-
cisse vim facere dicetur. Azo dixit quod sic. Joan. vero quod
non: & in isto videtur residere gloss. ¶ Sed hunc passum exami-
nemus latius vt veritas elucescat. & pro Azo. facit primo quia
non licet domino locatori finita locatione conductores inui-
tos expellere sed remedijs iuris vti debet: vt .s. vnde vi. l. nõ ab
re. & loca. l. conductores. Et tamen ipsi nullum ius habent in re
& debitor sic igitur ipse minus debet posse expelli. ¶ Secundo
quia mulieri ad quam reuertitur dominium rei dotalis per mor-
tem mariti: vt .l. in rebus. s. de iure do. non licet ingredi posses-
sionem eius rei mariti etiã heredibus non consentientibus sine
iudicis autoritate: vt .s. sol. matrimo. l. dotis. ¶ Tertio quia
postqz colonus interuenit possessionem non licet domino vio-
lenter ingredi: vt .ff. de vi & vi arma. l. colonus. & .l. cum fundus.
ergo minus creditori qui possessionem nullam habet & debi-
tor sic. ¶ Quarto per regulam generalem. s. ne quis in sua cau-
sa ius sibi dicat. in rubro & nigro. ¶ Quinto ne detur occasio
rumores & rixas committendi contra. l. conuenire. ff. de pac. do.
& .l. equissimum. cũs. l. si vsusfructus. §. interdic. ff. de vsufructu.
¶ Sexto per. c. licet. el. ij. de preben. lib. vi. vbi clericũ priuatum
ipso iure non licet episcopo de possessione expellere nisi prius
declaret per sententiam. Hanc partem Azo. fuit sequutus Ja-
co. bu. per tertiam rationẽ de colono superius factam. ¶ Ad
partem oppositam pro Joan. facit ratio Joan. quia hoc semel
debitori placuit. igitur contrauenire non potest: vt .s. de actio.
& obli. l. sicut & insti. quibus alie. l3. §. i. & extra de regu. iur. c. qđ
semel placuit lib. vi. Ista ratio non placuit Jaco. bu. nec Bar.
quia licet iure nõ faciat tamen potest mutasse voluntate vt dixi
in conductore & colono. Item inducit Jo. ff. de diuer. & tempo.
prescri. l. de accessionibus. in fin. sed modicum facit quia ibi cre-
ditor possidebat pignus. hic non. Item pro Joanne facit. s. de
iure emphy. l. ij. in prin. vbi si conuenit dominus vt deijcere pos-
set emphyteotam pecunia non soluta pactum valet & eum expel-
lere potest inuitum. & hoc vult ibi litera non cauillando ipsam.
sic est in proposito: quia pactum est validum. quia vestitum co-
herentia traditionis vel forsan stipulatione pactum est valla-
tum. Tertio pro Jo. facit litera ista in prima parte que suppo-
nit violentiam interuenisse. ideo querit an violentiam videatur
fecisse. frustra enim de violentia fuisset dubitatum nisi ius in-
teruenisset. ar. l. quod labeo. ff. de carb. edic. quare superuenit
Bartol. & istas opiniones concordare sic volunt: quia aut resi-
stentia quam fecit debitor est solum verbi aut etiam facti.
¶ Primo casu non dicitur creditor vim facere licet contra vo-
luntatem verbalem ingrederetur. & ita intelligit legem istam. li-
cet vbi conuentio ista non precessisset sola prohibitio verbalis fa-
ciat vim factam videri. vt .ff. quod vi aut clam. l. j. §. quid sit.
¶ Secundo casu dicitur vim facere vbi de facto & manu arma-
ta ingrediatur. & est ratio: quia pactum de ingrediendo sua au-
toritate ad hunc casum non extenditur quia hoc respectu non
esset licitum quia esset turpe & causa maioris tumultus & rixe.
Ideo pacto priuato hoc non potest induci. vt .l. non est singula-
ris. ff. de reg. iur. & .ff. de pac. l. pacta que contra legẽ. & .ff. de pac.
do. l. conuenire. & pro hac distinctione inducit quoddam dictum
Oldra. quod scripsi in .l. dotis. s. solu. matri. & per istum modũ
intelligit. l. colonus. & .l. cum fundus. ff. de vi & vi armata. Ista
distinctio placet mihi in violentia verbali. in ea autem que est
facti. Bart. non explicat nisi in facta cum armis. sed in facta si-
ne armis nihil dicit. & mihi videtur casus cui non potest respon-
deri. s. de pigno. act. l. penul. §. nec creditor. vbi pondera quod
tex. loquitur alternatiue dicens quod creditor circa cõuentiones
vel presidialem missionem auferre non potest. & verbum auferre
violentiam interuenire no. ff. vt .ff. de concus. l. j. & .ff. de iure fis. l.
aufertur. & pro hoc etiam facit lex ista que indistincte loquitur.
11 ¶ † Puto igitur in hoc passu quod si violentia facti interue-
nit sine alio delicto admisso quod violentia illa non attenda-
tur vt vitiose possidere dicatur vt hic. secus si violentia habet
aliquod delictum admixtum quia coactis hominibus vbi co-
actio non sit permissiua. vel quia sanguinis effusio interuenerit.
nam hec non sunt ei permissa: vt .l. quoniam multa. j. ad .l. iul.
de vi. ¶ Non obstantibus predictis .l. colonus. & .l. cum fundus
superius allegat. quia anteqz colonus interuertat & in ipsa in-
teruersione dominus ingredi violenter potest quod etiam po-
stea incontinenti non ex interuallo vt dixi in .l. i. s. vnde vi. Sic
in casu nostro euenit: quia in ipsa inuitatione voluntatis ei per-
mittitur ingredi & possessionem accipere quam prius non habe-
bat. & hoc inducit lex ista & .d. l. penul. s. de pignor. actio. Item
non obstat. d. c. licet. quia vt ibi episcop⁹ facit iudex ideo pare-
re ei debet. Item episcopus non est certus de iure illius quia
potuisset papa confirmasse. sed creditor est hic certus de iure
suo: quia de pacto sibi facto & quod debitor ei non soluit & hec
vera vbi pactum de ingrediendo interuenerat. & de accipienda
possessione sua autoritate & retinẽdo loco pignoris. ¶ Sed qđ
si vltra interuenisset. puta quia in obligatione bonorũ consti-
tuisset se a precario nomine a creditore tenere seu eius nomine
possidere. Respondeo quod quia tunc apud creditorem esset
vtraqz possessio vel saltem ciuilis: quia in dubio sola naturalis
transit in rogantem: vt .ff. de precar. l. & habet. §. cum qui. Tunc
creditor posset omnino ingredi sue possessiõis tuẽde & defendẽde cau-
sa. Et est ratio quia debitor dicitur tunc creditorem sua posses-
sione velle spoliare ideo creditori licet ei resistuere: vt supra. vn-
de vi. l. i. & pro hoc est glos. in .l. cum creditorem. ff. de furt. Item
superius & proxima dicta vera nisi resistat causa iusta. quia de-
bitum integraliter offerat: vt .j. debito. vend. pignor. impe. non
pos. l. ij. & .s. vnde vi. l. non ab re. & .ff. de vi & vi arma. l. colon⁹. in
12 fi. vbi casus. ¶ † Concludo ergo predicta sic aut debitor iusta
causa resistit & tunc creditori ingredi non licet eo inuito. Aut
resistit sine causa vel saltem iusta. et tunc aut solo verbo & ta-
lis contradictio nihil operatur. ideo ingredi creditori licet.
Nec dicitur vim facere vt hic. Aut debitor resistit etiam facto.
& tunc aut creditor habet rei possessionem per constitutum.
& tunc contra violentiam facti licet et ingredi sue possessionis
tuende causa cum moderamine. tamen inculpate tutele vti ca-
ueat sibi ab offensione per quam incidit in delictum. Aut nul-
lam possessionem habet & dicit Bartolus quod ei non licet in-
gredi ne detur occasio maioris rixe vel tumultus. ego puto qđ
ei licet per legem istam que indistincte loquitur & per .l. penul.

ingrediendi venisset. quia pecunia soluta suo tempore non fuis-
set et postea res alienata fuisset. et idem dico et fortius si aliter ad
alium transiuisset. et probo sic. aut dicis quod istud pactum pre
cessit hypothecam et obligationem bonorum aut quod non: sed ex pa
cto dat licentia ingrediendi et accipiendi possessionem et retinendi
loco pignoris. primo casu per hypothecam bona sunt effecta et
per hypothecariam a quocunque possessore aduocari possunt et
20 hec via ordinaria. ¶ † Nunc videamus quid pactum de ingre-
a diendo[a] sequens hic operatur et mihi apparet quod duo opera
tur vnum immediate aliud mediate. Primum quod immedia
te operatur est quia obligat debitorem ad patiendum ingredi
possessionem et ista est obligatio personalis que tertium non li
gat. vt. ff. de pac. l. si vnus. §. ante omnia. et C. res inter alios acta.
per totum. et iste obligationes personales non sequuntur fundum
vt. ff. ad trebel. l. i. §. si heres. ff. de alie. iud. mu. cau. fac. l. ii. §. op
21 et. ff. de seru. l. et ponit. ¶ † Secundum quod operatur est secu-
to ingressu et illo mediante quia ingressus sequens propter pa-
ctum habet vim cuiusdam quasi traditionis. vt. l. minus solitu
tus supra de acquir. pos. et hec quasi traditio per ingressum o-
peratur quod res que erat simpliciter hypotheca nunc transit
in pignus. vt. l. plebs. §. pignus. ff. de verbo signi. ¶ Est enim
inter ista differentia. vt no. in. l. i. ff. de pigno. actio. non ergo ante
ingressum res est plus affecta quam prius per hypothecam erat et
sic clare patet quod per pactum solum non afficitur ergo ad quem
cunque res transit ante ingressum non transit nisi cum onere prio
ris hypothece. et illa non est per se sufficiens vt sine iudicis sen-
tentia creditor rem a se possit aduocare. Nec etiam pactum cum
debitore factum quia vt dixi solum obligat debitorem ad pa-
tiendum ingressum quod forsan non extenditur nisi per tem-
pus quo res erit apud se. vel si postea non obligat nisi ipsum
non tertium. ergo cum neutrum de per se sit sufficiens nec etiam
simul ambo cum non tendant ad vnum et eundem effectum. sed
ad diuersa vt patet ex predictis. ¶ Quinimmo ex his patet quod
pactum de ingrediendo non est iuris realis executiuum sed so-
lummodo debitoris obligatiuum. Et si per indirectum vel in
consequentia possit dici iuris realis executiuum non est nisi con
tra illum quem pactum suum obligat. et hec in primo casu quan
do hypotheca bonorum precedit. sed vbi non precesserat sed
tantum pactum interuenerat vt pecunia sua die non soluta li-
ceret creditori bona debitoris ingredi et loco pignoris tenere
tunc nemo debet dubitare quod hoc pactum non est alicuius
iuris realis executiuum nec confirmatiuum. sed acquisitiuum
sic. Et ideo solum acquiri potest tempore quo res debitoris fit.
non quando desijt. Quia aliena res pignori dari non potest.
Et ideo contra tertium non afficiale pactum. et hoc videtur mi
hi clarissimum. Et si pertinaces dicere vellent quod esset iuris
realis executiuum vt vidi quosdam. dico quod si ita esset non pro
pterea esset nisi pro tempore quo res apud debitorem esset vt il
lo tempore ingredi posset non postea. ¶ Restat respondere ad
l. pignori. C. e. quia fateor quod postquam pignus et hypotheca est in
rem persecutio est non ante et quando persecutio est non est per
ingressum facti. sed per remedia iuris puta agendo hypotheca
ria et hoc nisi pactum de ingrediendo interuenerit quia tunc per-
mittitur ingressus facti quamdiu res apud debitorem vel apud
alium nomine debitoris tenentem. ¶ Non ob. l. si titius. ff. de
ser. expor. quia satis est responsum per Jacob. bel. C. quod ibi specciale
quia pactum secuta manus iniectione est tituli et contractus rescis
sum. vel sitii vis dic aliter vt scilicet quod ibi pactum est inter-
positum super retradentis et tradita non est maioris operatio-
nis et virtutis. hic super alia re quam tradita ideo minoris est vir-
tutis et potentie. et hec differentia probatur in. l. nemo. ff. de pac.
et quod ibi no. doc. et in. l. fina. C. de pac. inter emptor. et venditor.
¶ Preterea pactum transportationis est factum in odium serui qui
deliquerat in dominum ideo seruus magis afficitur. ¶ Non ob.
que Bar. inducit de executione sententie quia illa materia est dissi
milis a nostra cum in casu nostro nulla sit lata sententia. ideo il
la transeant vias suas. nec etiam ob. l. pe. C. de pigno. act. vbi con
uentio partium equiparatur iussui iudicis quia fateor in rebus de
bitoris vt ibi in litera. si igitur eius non sunt licet fuerint equi-
parationem non facit. l. illa. sed vendicant sibi locum superius
dicta. ¶ Non ob. etiam. l. si quis curialis. C. de episcop. et cleric.
quia ibi sola fuit translatio facti cum clericatus vel ingressus
22 non tenuerit ipso iure de iure ciuili. ¶ † Quero quinto quia pre
b dicta loquuntur in successore singulari quid in vniuersali[b] an
pactum de ingrediendo etc. operetur vires suas contra eum vt
ius hoc contra eum exerceri possit. Respondet Bartol. quod sic per
l. heredem. et l. quod ipsis. ff. de reg. iur. ad quod facit quod heres et
defunctus censentur eadem persona. vt in auten. de iureiuran. a
mo. presti. in prin. et hoc inquit ipse nisi successor sit priuilegia-
tus nam tunc an possit vti priuilegio suo remittit ad no. per Cy.
in auc. quas actiones. C. de sa. san. ec. ¶ Et attende quod licet obli
gatio personalis qua defunctus tenebatur pacti transeat in he-
redem. C. de acqui. here. l. pro hereditariis. et per totum: tamen a
non transit nisi in illis bonis que fuerunt defuncti. et sic limitata
fuit a principio. non igitur in bona propria heredis. et hoc di
co etiam si non fecerit inuentarium ex hoc operatur limitatio pre
dicta. et loquor de iure executiuo ingrediendi in bonis debito-
ris hypothecatis creditori non de iure principalis debiti: quia
ad illud integraliter soluendum tenetur non faciens inuentarium.
23 ¶ † Quero sexto pone quod creditor vltra pactum de ingredien-
do et sua autoritate possessionem accipiendo adiecit aliud pa-
ctum per quod debitor conuenit vel promisit ei quod dicta bona
non alienabit vel conuenit ne ei liceat dicta bona alienare an
tunc creditor contra tertium possessorem cui debitor vendidit b
hoc ius exequi poterit. Bar. respondet quod sic. Et est ratio quia ven
ditio ipso iure non valet. et sic contractus est a. l. rescissus. vt de
hoc est tex. no. et forsan singularis. ff. de distra. pigno. l. si credi-
tor. §. fina. et ex hoc sume boni remedium ad euitandum opinio-
nes positas hic in glo. vt tale pactum facias opponi in instru-
mento. et pondera illum tex. quia loquitur in pignoribus et hypo
thecis ita quod oportet bona fore hypothecata et pro hoc accedat
ff. de ser. expor. l. si titius. vbi pactum est tituli et contractus re-
scissiuum. ideo exercetur contra tertium possessorem vt dixi per
Jaco. bel. C. in. iii. q. et idem si translatio non teneret a princ.
ipso iure. vt. C. de epis. et cleri. l. si quis curialis. ¶ Et predicta
puto vera tenendo opi. illam. quod per hypothecam bonorum im
pediatur alienatio. sed non puto eam esse veram. vt dixi. C. de condic. ob
cau. l. ea lege. et postea clarius scripsi in. d. l. si creditor. § fin. et sic c
24 consilium predictum non est bonum. ¶ † Quero septimo quid
si vltra predicta adiecit creditor quod bona in quibus foret in-
gressus liceret ei propria autoritate vendere vel ea sibi empta
habere iusto precio an tale pactum valebit et eius vigore ei lice
bit predicta facere. dic quod sic. de primo patet. C. de iure domi.
im. l. si in prin. de secundo vero patet in. l. pe. ff. de contrahen.
emp. et. l. si fundus. §. si. ff. de pig. et no. C. de pac. pig. l. i. Sed sup
posito hoc pacto pone quod debitor decessit et pupillus ei suc-
cessit vt heres. an creditor contra pupillum potest exercere ius
conuentionis et max me rem immobilem habere emptam vel d
insolutum sine decreto. et text. et gloss. videntur dicere quod sic. ff. de
25 aut. tu. l. pupillus. §. sed si creditor. quod tene cordi. ¶ † Quero
c octauo[c] debitor hypothecarius non solum dedit licentiam in-
grediendi sed etiam constituit se possidere nomine creditoris
simpliciter vel precario an tunc tribuatur ei tantum iuris quod pos
sit ipse contra singularem successorem experiri et quomodo. respon. se
cuturus Jac. bot. quem sequitur Bart. quod sic: quod patet ex eo quia ex
simplici constituto creditor nanciscitur vtramque possessionem. s.
ciuilem et naturalem: et idem ex precario vbi solam detentationem
in se retinuit. si tunc si debitor tradit alteri priuatur possessione
creditor sed potest eam recuperare per condictionem ex. l. fin. C.
de acqui. pos. Ubi autem alteri non tradidit sed dereliquit vel
perdit eam debitor tunc creditor possessionem non perdit vt not.
d in. d. l. fi. ideo creditor tunc posset[d] eam ingredi propria autori-
tate et per vim si inueniret resistentem. quia magis esset defensio quam
occupatio. vt. ff. de vi et vi arma. l. cum fundus: et ibi nota. vbi au
tem sola ciuilis transit quod est videre in precario in quo in du
bio apud creditorem est sola ciuilis apud debitorem naturalis.
vt dixi. C. in prima questione ver. sed quid. et etiam super rubrica. C.
de preca. et tunc quia debitor siue alteri tradat siue deiiciatur non
priuat creditorem sua ciuili que per se subsistentiam habet quia
naturali non coheret. vt. ff. de vi et vi arma. l. cum fundo. cum ibi
no. et. ff. de acqui. pos. l. pegre. §. si. cum ibi no. posset creditor ra-
tione sue ciuilis ingredi et per vim si reperiat resistentem. et ita
26 vt dixi tenuit Jac. bu. ¶ † Quero nono an tutor vel pupillus
autoritate tutoris possit licite hanc licentiam de ingrediendo
dare suo creditori vt ea vti possit. et videtur quod non. arg. ff. de acqui. re.
do. l. pupillus. et de acqui. pos. l. possessio. et melius per. l. magis.
puto. §. i. ff. de re. co. In contrarium facit quia possessionem transferre po-
test vt. l. ii. §. si pupillo. ff. de vsucap. pro emp. breuiter dic aut pi
gnorum vel hypothecarum constitutio valet. et tunc pactum de ingre-
diendo rerum executiuum valet. ar. ff. de reb. eorum. l. si pupillorum
§. i. est enim eorum conseruatiuum ergo valere debet. arg. ff. de consti.
pec. l. qui aut aut non valet pignorum constitutio et tunc nec pactum
valet vt sequela. ar. C. si alte. res pig. da. sue. l. curator. et. l. pe. et. ff.
27 de regu. iu. l. cum principalis. secundum doc. et Bart. ¶ Quero decimo
quid de rebus ecclesie an vigore talis pacti possit creditor ingre
di. Innocen. dicit quod non per tex. extra de fo. compe. c. verum. et ibi
per eum no. Sed Host. contra per. c. cum dilecti. extra de dolo
et contu. et in hoc residet Jo. an. in. d. c. verum. Bar. dictum Host.
fatetur si valida conuentio precesserit. ar. C. de epi. et cleri. l. si quis.
curialis. ff. de aqua plu. arcen. l. quamquam in prin. secus si fuisset in
ualida. arg. l. si pupillorum. §. i. ff. de re. eorum. Ualiditatem et inua
liditatem colligeret his que dixi in aut. hoc ius porrectum. C. de sa.
san. eccle. subiungit ipse quod tale pactum non extenditur ad res
consecratas. vt in. c. semel deo dicatum extra de re. iur. libe. vi. et

ppp iii

a Pactum de in-
grediendo. tu vide
de hoc bal. l. i. §. ff. si
ser. vē. v. quo vtru
dns. et in. l. per di-
uersas. et quod. r. C.
man. et no. bar. hic.
nu. xii. vbi sic tertio
principaliter quero. et
ibi posui in add. l
t. tale ius.

b ¶ Quid in vni-
uersali. adde Bal.
l. c. i. §. si quis to. de
pa. iura. fir. dicit
quod si mortuus est il
le qui dederat licentia
per pactum ingredien
di propria autorita
te quod transit ad he-
redem quia istud pa-
ctum non est priuilegium
sed ius comme no. ff. de
pig. ac. l. qui retia-
no.

c Quero octauo
tu vide de hoc bal.
l. i. creditor. §. qui
post diuisionem. ff.
qui pot. in pig. ha.
vbi etiam bar. et bal.
hic ad hoc quo vi
de no. l. l. si. et ibi
eadem bal. l. fin. C. quod
res pign. ob. pos.

d ¶ Ideo creditor
tunc posset. vide
bar. hic et quia bar. hic
dum dicit vel saltem ci
uilis vel tenere contra
rium ipsemet l. l. iii.
§ v. quo vtrum dns
de iu. emphyteo.
pro concordia vide
Inno. in. c. si. l vlt.
col. de loca. et adde
quod hec in. l. sicut sit
pelatione. ff. de acq
re. pos.

ff. de sa. sanc. eccle. l. sancimus. et aut. preterea. ¶ Quero vndeci mo hec lex loquitur quando negotium est liquidum a quid si nō sit liquidum puta quis promisit mihi non venire contra certam promissionem sub pena centum aureorū et obligauit omnia sua bona adiecto quod si contraueniret ex nunc dabat mihi licen tiam ingrediendi bona sua et apprehendendi possessionem pro pria autoritate nunc quia dico quod ipse conuenit volo ingre di possessionem ipse negat an possum vel debeo ire coram iudi ce et prius parte citata liquidare istam conuentionem. ¶ Bar. distinguit quod interdum per exercitium huius conuentionis. id est per rei apprehensionem conuentio deducitur in notorium vel manifestum et tunc alia liquidatio precedens non est necessa ria quia ipso facto est fundata actoris intentio vt est videre quā do res deprehenditur morari in loco prohibito. vt in casu. l. si ti tius. ff. de ser. expor. et l. j. et §. ff. si ser. expor. ve. aut per exercitium huius conuentionis conuentio non deducitur in notorium ma nifestum et tunc liquidatio est per prius necessaria. vt. ff. si man ci. ita fue. ali. ne prosti. l. j. quam ipse intelligit per modum supra dictum scilicet quod ibi nō erat notorium ancillam esse prosti tutam alias potuisset ancillam deducere sine iudice. vt. ff. de con trahen. emp. l. si quis sub hoc pacto. Subiungit quod vbi ali qua liquidatio non procedit facta a partibus vt in primo casu. vel a iudice vt in secundo apparet sibi quod ista lex conuentio nis non possit exerceri. facit. ff. de rei vendic. l. j. et ff. de re iudi. l. si cum nulla. et quod de compensatione dicitur que non admittit nisi de liquido ad liquidum. vt. ff. de compensa. l. fina. hec verba mihi non placent: quia sequeretur quod ista materia. et l. conuen tionis. vt propria autoritate possit nunquam exerceri poterit quia notoria nec manifesta est debiti liquidatio licet in se sit vera ge chim nouit an in casu huius. l. pecunia sit soluta vel non pro so luta habita quia congruo loco et tempore oblata. vt. l. si post ac ceptum ff. de vsu. et sit semper ad iudicem ibitur quod est contra istam lex. et contra. l. po. ff. de pig. ac. ¶ Preterea cōuentio de in grediendo vel apprehendendo et c. est conditionalis si non sit so lutum vel si sit contra factum. cum igitur sit purificata conditio res est non sit ex partibus liquida. quid ergo opus est vt coram iu dice liquidetur cum actus ingressionis et apprehensionis est actus extraiudicialis et a parte in voluntate creditoris dimissus et est nullius preiudicij vbi conditio non sit purificata. et hoc ap parebit postea vt ex sequentibus patebit. ¶ Preterea in. l. si ti tius. ff. de ser. expor. et in. l. j. et. ff. ff. si ser. expor. vnde pone seruum per plures manus ambulasse et de pacto sequentes emptoris ignorasse nonne licebit creditori manum inijcere et deprehende re. certe sic et tamen res possidendi seruum non est liquida nec ei constat quod seruus teneatur in loco prohibito. ¶ Idem dico de ancilla prostituta a si per plures emptores ambulauerit. vt lege prima in fine. supra si mancipium ita fuerit alienatum. et l. si quis sub hoc pacto. et ff. de contrahenda emptiōe. et dico etiā si tunc ancilla non esset loco prostitutionis quia sufficit prosti tutam fuisse et sic conditionem purificatam fuisse. ¶ Non ob. d. l. j. in princip. si mā. ita fue. ali. per quam Barto. mouetur quia respondeo multipliciter. Primo quia ibi manus non iniecerat quia non potuerat nec ante iniectionem dominium ad vendito rem reuertitur. vt no. in. l. j. ff. si ser. expor. ve. ideo necessario ad iu dicem recursum habet: quia de facto manus inhicere non poterit et sic non est ibi impedimentum iuris ratione loci sed facti ratio ne impotentie. Secundo et aliter quod ibi spōtanee regressum habet ad iudicem: quia hoc est in eius electione vt hic. et l. penul. ff. de pigno. actio Uel tertio dic quod ibi manus iniecerat et sic dominium in eum translatum erat sed facultatem adducēdi nō habebāt: quia de facto ei resistebatur et ipse impotēs erat vel ma iorem tumultum et rixam euitare voluit vnde ad prefectū regres sum habuit et tunc de iure vtriusque disputabatur. sic dico in pi gnoris apprehensione vt post ingressum et apprehensionem dis putetur an de iure fecerit vel non. ¶ Ex predictis satis clare pa tet. Bart. non bene dixisse nec quod inducit de compensatione est simile: quia ibi compensatio opponitur in iudicio ideo de bet debitum iudici liquidari consuluit tamen ipse quod ne pos sit opponi quod debitum non sit liquidum quod dicatur in pa cto quod dat sibi licentiam ingrediendi ex nunc et accipiēdi pos

28 sessionem. ¶ † Quero duodecimo an creditor ingredi possit nō precedente mora debitoris in soluendo vel faciendo id quod in obligatione principali erat deductum. et videtur quod non per hanc. l. versiculo. non reddita sibi pecunia. et per. l. si debitores. j. eodem. cum ibi nota. ¶ In contrarium facit. ff. eod. l. quesitum. Barto distinguit et facit gloss. in. d. l. quesitum: quia aut subest causa quia forte dubitat debitorem recessurum et tunc non po test ingredi ante moram. vt. d. lege quesitum. aut causa nō subest et tunc non potest ante moram debitoris. vt hic. et. j. eo. l. debito res. et. ff. qui. mo. pignō. vel hypothecaria solu. l. soluitur. §. pa

¶ Est liqd. an regrat liqdatio. vide bal. in. l. j. §. si seruus ve. et l. j. §. in v. quero vtrum dñs. de iure. em phy. et adde bal. in. l. per diuersas. ff. mādati in. x. q.

b ¶ Ad ritas et ma. et hoc si appa ret de pacto illo per instrm publicū vt pistd hic. ver. et aduerte. cō hoc in simili nota. per Ant. cons. singu. suis in ver. seque tur que possunt ad hanc materiā adaptari.

cifcar. mihi videtur quod virtute pacti ingredi non potest: quia licentia de ingrediendo est conditionalis ideo ante conditionis purificationem non est permissa post hypothecas bonorū que sunt iam in esse producte illas intentare potest ex iusta causa sus pitionis licet ante tempus facit. vt. d. l. quesitum. Et ex hoc pa tet quod non potest subesse iusta causa ingrediēdi antequam ha

29 beat remedium hypothecarum intentatum et sic recurrere de bet ad iudicem non propria autoritate facere. ¶ † Quero ter tiodecimo circa secundam partem huius. l. pone quod iudex ex vrbanitate aditur an debeat pars aduersa citari et libellus offer ri. Respondeo quod glo. videntur in hoc contrarie nam in. l. me minerint. ff. vnde vi. videtur tenere quod etiam sine partis cita tione iudex possit concedere licentiam vt ibi patet in glo. secun da. in fi. Alia gloss. videtur sentire quod requiratur libellus et ci tatio partis et procedatur ordinarie. ff. de iure emphyte. l. ij. in glo. magna. in penul. q. secundum Barto. sed modicum facit in hac questione. Jacob. de bel. dixit quod prudentius et rationa bilius est vt eum faciat citari per. l. nam ita diuus. ff. de adop. et per. l. fina. ff. si per vim vel alio modo. vel per. l. i. §. necessario. ff. si mu. vendi. no. sed si viso instrumento creditorem misit in pos sessionem reo non citato missum debet in suo iure tueri. argumē. ff. quod me. cau. l. metum. §. fina. et ff. ne vis fi. ei. l. si quis missum. in princi. et tunc procedat gl. d. l. meminerint. In casu tamē quo cum fecerit citari et ipse comparet an ei debeat libellus offerri. respondet quod aut debitor confitetur et libellus ei non offertur vt. ff. de iudi. l. si debitori. et ff. ad. l. aquil. l. proinde. aut negat vel contradicit allegando solutionem vel quid aliud quod proban dum releuat et tunc libellus debet offerri et via ordinaria proce di. vt. ff. de lit. contesta. auth. offeratur. et ff. vti possidetis. l. i. cū simi. ¶ Superuenit Barto. et dicit quod iudex debet eum facere ci tari per iura superius allegata. et per. l. de vnoquoque. ff. de re iu dic. alias dicit licentiam datā parte non citata nihil operari. et mouetur ex eo quia sicut non debet fieri executio sententie nisi par te citata cum multe exceptiones possent ei competere que habēt impedire executionem. vt no. per. Cyn. in. l. ab executione. ff. quo rum appellatio nō re. et est casus in. d. l. meminerint. ibi ad insi nuandas sententias: sic istud ius conuentionis executionem non debet iudex exequi nisi parte citata. et ideo si iudex facit nihil agit. sed proinde est ac si sua autoritate sit ingressus vnde potest petere postea se per iudicem in possessionem confirmari parte ci tata: argumen. ff. de carbo. edic. l. iij. §. edictum. et ff. ad carbo. l. i. secundum loc. Joan. imo si autoritate iudicis sic perperam in terposita intrasset incidisset in dictam legem meminerint. ideo dicit gloss. ibi positam non esse bonam et falsum dicere. sed ego eam saluaui vt ibi dixi: et nunc saluo eam alio modo. ¶ † Pro cuius declaratione attende quod creditor ex. l. ista conuentionis habet duplicem viam vnam propria autoritate vt iudice irre quisito alias iudicis autoritate vt hic. et l. doctis. ff. Solu. matri. et l. penul. ff. de pigno. act. et hoc duplici modo potest implorari vno modo per viam inductionis et immissionis sicut alias quā do petitur ex carboniano vel ex. l. fina. ff. de edit. diui adri. tollen. et de ipsa potest loqui hec lex. in fin. secundum intellectum gloss. ¶ Alio modo per viam associationis et hec non tam habet vr banitatem ex parte petentis quam ex parte iudici concedentis ex gratia et vrbanitate sua in ingressu quem si pars faceret sine iudicis nuncio insurgerent rixe et contentiones que ne insurgant iudex debet prouidere pro posse. et ista debet implorari hoc mo do. nam debet pars narrare conuentionem et producere publi cum instrumentum et narrare quomodo ex conuentione potest ingredi propria autoritate et intendit facere sed ne per ingressum ei fieret offensa vel partes ipse venirent ad rixas et arma hec me lius sit ante tempus occurrere quam post vulneratam causam remedium querere ideo ex vrbanitate petit vt sibi ex gratia man det vnum suo nuncio qui eum associet donec fuerit ingressus a cor poralem rei possessionem acceperit: et isto casu et per istum mo dum dico quod iudex hoc faciens non habet necesse partem citare quia nuncius non habet inducere sed solum associare et que gratiose et ex vrbanitate fiunt citationem non exigunt. vt lege penultima supra de his qui veniam etate impetr. et. ff. de nata. restitutione lege queris. et nota. glossa. in lege antepenulti ma digestis ex quibus causis maiores. per istum modum po test intelligi dictum Jacobi de belui. et glossa in dicta lege me minerint. et sic si petit se induci in possessionem citatio erit ne cessaria non si simpliciter petat se associari. ¶ Et aduerte quia signanter dixi si producat publicum instrumentum quia tunc ex notorietate scripture in sua prima figura apparet quod hoc potest facere non si sic testes vellet producere et conuentionem probare: quia tunc fieri non potest nisi parte citata debitore contradicente et libello porrecto vt extra vt lite non contesta. capitulo quoniam frequenter et supra de testib. autenti. si quis

ab aliqua

sublato principali non duret accessorium: vt. l. eos. C. de vsur.
gloss. remittit ad ibi: not. videlicet quod interdum accessorium
venit ex equitate officij iudicis tantum et tunc sublato principa-
li non durat accessorium vt ibi: quia non est cui deseruiat: vt. l.
iij. C. deposi. Interdum accessorium venit iure obligationis et
contractus: et habet locum lex nostra. et est ratio quia tunc funda
tur super equitate separata a suo principali: quia super equita-
5 te sui contractus: vt hic. ¶ † Oppo. quinto ab extra quia si fun-
datur super equitate sui contractus nihilominus non duret: vt
l. si deferenti. ff. quib. mod. pigno. vel hypothe. solu. Solu. quod
ibi equitas sui contractus non durat: quia iuramentum vim so
lutionis habet. ff. de iureiurando. l. iusiurandum. vel secundum
Cyn. ibi est eadem equitas tollendi accessorium que fuit in tol-
6 lendo ipsum principale hic secus. ¶ † Ultimo scias quod ista
est via brocardica an sublato principali tollatur accessorium.[a] et
pro tanto est materia valde periculosa: quia quedam insolubi-
lia videtur continere: tamen quia Cyn. hic ponit quandam suam
distinctionem ex dictis Petr. et vtriusque Iaco. que est multum
diffusa: ideo vt ad illam possis habere recursum in tempore oppor
tuno illam hic transcribo abbreuiabo tamen in aliquibus remit
tendo. dicit ergo quod accessorium versatur circa quatuor: nam
quandoque versatur circa personas. puta liberi accedunt matri
sequendo illius conditionem: quandoque versatur circa res que
accedunt rei vel persone: sicut est videre in equo cui accedat sella
et capistrum: et in veste que accedat homini: vt. ff. depositi. l. j. §.
que deposi. quandoque versatur circa obligationes et actiones: et
est videre in hypothecaria que accedat principali: vt hic et simi
liter in fideiussoria: vt. ff. de fideius. l. j. et. l. grege. §. j. quandoque ver
satur circa iudicis officium et proprie non est actio prout actio pro
supponit obligationem: vt. l. licet. §. ea. ff. de procurato. et. l. actionum.
ff. de actio. et obliga. officium autem obligationem non supponit
immo excludit: vt. l. si per collusionem. ff. de actio. emptio. ¶ Et
licet prima duo non attingant nostram materiam tamen non
omitto sicut nec Cyn. facit dicit ergo circa accessorium persona
rum aut queritur nunquid vna persona extincta necessario de-
beat extingui alia sibi accessoria: et dic quod non: vt. l. pregnan-
tis. ff. de pe. aut queritur an dispositio de accessorio tollatur su-
blata dispositione principalis: et tunc dispositio super princi-
pali erat iam perfecta et consummata: tunc illa sublata non tol-
litur accessorium: vt. l. solum. §. meum. ff de rei vendica. Si au-
tem dispositio super principali non erat consummata: tunc di-
stingue: aut erat facta expresse mentio de accessorio: vt lego tibi
ancillam cum liberis et tunc licet extinguatur principalis per
mortem ancille non extinguntur accessoria liberorum: vt lege. iij.
et. iiij. ff. de pecu. lega. aut de accessorio non erat facta expressa men-
tio sed de principali tantum: tunc si principale moriatur antequam
dispositio compleatur tollitur accessorium vt. ff. de in diem adiec.
lege si res vendita. facit quod nota. in dicta lege solum. §. meum.
7 ¶ † Circa accessorium rerum dic aut queritur an perempto prin
cipali necessario debeat perimi vel perimatur ipsum accessorium
in substantia: et tunc aut accessorium non habet nec habere po-
test per se subsistentiam: et tunc extincto principali necessario ex-
tinguitur accessorium: vt patet in seruitute que tollitur cum fun-
do: vt. ff. communi. predio. l. j. et. ff. de verborum significatio. lege
quid aliud sunt iura. aut habet per se subsistentiam: et tunc acces-
sorium non extinguitur cum principali: vt. ff. de legatis. j. l. ser-
uo alieno. §. j. aut queritur nunquid sublato principali tollatur
dispositio super accessoria: et tunc aut dispositio erat consum-
mata: et tunc non tollitur: vt. l. solum. §. meum. ff. de rei vendica-
tione. Aut non erat consummata et tunc aut est expresse facta men
tio de principali tantum ita quod non de accessorio: et tunc sub
lato principali tollitur accessorium: vt. ff. de in diem adiec. l. si
res vendita digestis de legatis secundo. l. mortuo boue. in prin-
cipio aut est facta mentio etiam de accessorio: et tunc aut per di-
ctionem coniungentem accessorie vt est dictio cum. et tunc mor-
tuo principali ante consummationem tollitur ideo si legatur ser
uus cum pecul. mortuo seruo perit legatum peculij: vt. ff. de pe-
cu. lega. l. j. et. ij. aut per dictionem coniungentem eque principa-
liter vt est copula: et tunc non tollitur: ff. de fundo instru. l. cum fun-
dum. et. ff. depo. l. j. §. que deposi. et si dicas cur secus dixisti in ac-
cessoria personarum. Respon. quod licet ibi appellauerim acces-
sorium propter dictionem cum: tamen proprie non est accesso-
rium: quia persona non accedit persone: sed res persone vel rei
sic: vt. ff. de viu. l. si peculium. et sunt verba Petr. et Cyn. quibus
adde que scripsi in autenti. ingressi. in. iij. q. ad fi. C. de sacro san-
8 ctis eccle. ¶ † Circa accessorium obligationum et earum actio-
num quo proprie est materia nostra dic aut accessorium venit co-
mittendum sublato iam principali: et tunc sublato principali tol
litur accessorium: vt. C. de vsur. l. acceptam. et. ff. de fideius. l. post-
quam. aut accessorij obligatio erat iam commissa. i. priusquam
tolleretur principale aut tendunt ad diuersos effectus et tunc quo
cunque modo tollatur principale non tollitur accessorium: vt. ff.
de act. et obli. l. tractatum. §. de illo. et de verbo. obli. l. qui ro. §.
j. et idem in pena loco expensarum succedente aut tendunt ad eun
dem effectum tunc refert aut principale est sublatum ipso iure.
aut ope exceptionis. Si ipso iure tunc subdistingue: aut princi-
pale tollitur propter equitatem in seipsa deficientem: et tunc su-
blato principali impossibile est accessorium remanere: vt insti.
quib. mod. re. tol. ob. in princip. et. ff. de reg. iure. l. cum principa-
lis. aut tollitur alia ratione subtili quam propter equitatem de-
ficientem: et tunc durat accessorium: vt. ff. ad treb. l. debitor. §. fi.
de castren. pec. l. pater. §. qui castrense. in princip. et de solu. l. stit-
chum. §. j. et de admi. tu. l. sine herede. Si vero ope exceptionis
est sublata tunc subdistingue. Aut est eadem equitas tollendi ac-
cessorium que fuit tollendi principale: tunc tollitur accessorium: vt. ff.
qui. mo. pig. vel hypo. sol. l. si deferente. et. l. soluitur. in fi. cum. l. seq.
aut non est eadem equitas tollendi accessorium que fuit tollendi ipsum
principale: et tunc accessorium non tollitur vt hac. l. et est ratio
quia fortior est hypothecaria quam principalis: vt in oppositioni
9 bus dixi. ¶ † Circa quartum accessorium quod dicitur iudicis officium
distinxit Iaco. de are. aut tractatur de lucro et illud non durat. l. iij.
C. depo. aut tractatur de damno et illud durat: vt. ff. de eo quod cer. loc.
l. ij. §. idem iul. ¶ Sed non placuit hoc sol. Pe. dicenti quod indistin
cte preiudicat: quia officium iudicis non habuit per se subsistentiam nec
cui deseruiat: ideo sublato principali illud non potest durare: vt. d.
l. iij. et. l. centum capue. in eo. tit. ¶ Et ad dictum. §. idem iul. Respon
deo quod ibi adiectus qui loco procuratoris habetur non potuit alibi
recipiendo preiudicare domino ideo primitiua ibi durat cui officium
deseruit. vt. ff. de ver. obli. l. iul. §. qui fundum. ab illa tamen liberatur
prestando solum interesse: vt. d. §. idem iul. in fine. facit. l. iij. §. si reddi
tis. ff. commo. et hec est veritas et procedit etiam de mente gl. in princip.
sol. in. d. §. idem iulianus. et etiam de mente glos. in. d. l. iij. C. deposi.
hoc idem voluit Bar. in dictis locis. ¶ Non ob. predictis. ff. sol.
mat. l. si marito. §. si. quia ibi fructus petuntur iure actionis de dote
cum augeant dotem: vt ibi in litera est enim dos quid vniuersale
quod crescit et decrescit: vt ibi: et. C. de dona. propter nup. l. pe. in fin. et
ff. de impe. l. quod dicitur. et hec sufficiant.

¶ Si vnus ex pluribus heredibus creditoris et debitoris partem
suam debiti soluerit. Rubrica.

Manifesta. Inter heredes creditoris persona
lis actio diuiditur pro rata non rea
lis hypothecaria. h. d.
b Actio quidem. [b] Licet actio persona
lis diuidatur pro rata in-
ter heredes debitoris non tamen hypothecaria: sed vnus-
quisque conuenitur pro rebus a se possessis.

¶ Si pignoris conuentionem numeratio secuta non sit. Rubrica.

Si pecuniam. Debitor potest creditorem
qui pecuniam non nume
rauit ad restitutionem pignoris conuenire: nec ille
potest exceptione dati pignoris se tueri: nisi probet pe-
cuniam numerasse: quod obtinet etiam debitore possidente. h. d.
Ibi in rem. i. pignoratitia propter rem vel in rem. i. rei vendi. non est dominij vel
quasi ibi intentio. i. exceptio. Ibi agere subaudi hypotheca. Not.
duo. Primum quod ciuili obligationi accedit pignus vt fideiussor.
vt in gl. ¶ Secundum quod pignoris datio non infert numerationem pe
cunie vere nec presumptiue: et vide. C. de non nu. pec. l. j.
Si vt nunc. Hypotheca et cautio est inanis si
pecunia numerata non fuit. h. d.

¶ De iure dominij impetrando. Rubrica.

1 ¶ Licentia generalis citandi omnes debitores non debet nun-
cio dari.
Dominij. Creditor impetrare potest a prin
cipe pignora singularia sibi adiudi
cari iure dominij non vniuersa bona debitoris: licet sint hy
pothecata. h. d. Ibi desiderans tu creditor. Ibi de-
buisti

[a] Accessorium. vide Bart. l. j. ff. si [illegible] not. C. pro pso. no. aegro. et in. l. si [illegible] et ibi Ia. reb. nu. v. et in addi. in v. quod est contra regulam. C. de agri. et censi. li. xi. et geni. C. super co. nu. iij. et ibi posui si addi. in ver. non mutat naturam principalis. de pbt. li. vi.

[b] Actio quidem. adde bart. hic et vide nota. per eum in l. heredem. C. de here. act. et in. l. moschis. ff. de iure fisci.

butis scilicet principi. ¶ No. quod quedam licent in specie que
1 non licent in genere. ¶ † Item sume argu. in princ. contra eos
a qui petunt in genere a iudicibus licentiam dare nuncio[a] vt ci-
b tet omnes[b] debitores suos: nam videtur non valere nisi omniũ
debitorum nomina exprimantur per han c. l. sm Bar.

1 ¶ Priuilegium vnico actu contrario perditur.

Si creditor.

Si creditor post dñium pignoris impetratũ vsuras a debitore receperit iuri impetrato renunciasse vide-
1 tur. h. d. ¶ Not. qd per vnicum actum contrarium
c receditur a priuilegio seu beneficium perditur per vnicũ actũ[c]
in contrariũ emissum de quo per Cy. in. l. voluntate. C. de execu.
tut. ⁊ ibi dixi: ⁊ in. l. falso. de diuer. rescrip. ¶ Quero text. dixit
vsuras recepit: quid si tantum petiit. quidam idem per. l. absolu
tionem. C. de re iudic. qd etiam tenet Ray. per. l. emilius. ff. de
mino. sed in contrarium facit. ff. de inoffi. testa. l. nihil interest.
§. si cum filius.

1 ¶ Conuentio que circa pignoris venditionem interuenit ser
uari debet.
2 Denunciatio vnica sufficit vbi nulla conuentio interuenit.
3 Licentia vendendi pignus data creditori intelligitur pro rata
debiti.

Vetustissimã.

d † Conuẽtio circa vẽdi
1 tionẽ pignoris est seruã
da ⁊ ea non interueniente debet denunciari debitori
vt soluat per creditorem vel iudicem: ⁊ si postea bien-
nium effluxerit nec debitor soluerit potest creditor iure pignus
vendere qui si emptorem non reperit debet per iudicẽ certũ tps
prefigi debitori vt pignus luat quo transacto põt creditor a prin-
cipe impetrare vt liceat ei illud iure dominij possidere a cuius
impetrationis die habet debitor ex humanitate biennium ad
pignus luendum dummodo omnia damna creditori occursa sa
cramento eius manifestãda ei satisfaciat: quo transacto irreuo-
cabiliter sibi vt dominus possidet: si tamen pignus minus vꝫ
pro residuo ei manet actio. ⁊ econtra si plus valet debitori pro
illo residuo datur petitio ⁊ potest creditor illud vendere ⁊ super-
fluum debitori soluere ⁊ de precio stabitur eius iuramento: ⁊
vbi non vendiderit quanti tunc valuerit in iudicio disceptatiõe
residet. hoc dicit. Notabilia ⁊ glossas simul recitabo. ¶ Not.
primo quod conuentio inita circa venditionem pignoris est ser
uanda. ¶ Contra quod oppo. glo. i. de pluribus legibus. So-
2 lu. quod hec regula fallit in casibus illis. ¶ † Secundo not. qd
e vbi nulla est conuentio sufficit vna denunciatio.[e] ¶ Contra qd
oppo. gloss. ij. quod imo tres sint necessarie: vt. ff. de pig. act. l. si
conuenerit. Sol. vt in glo. ij. quod interdum nulla est conuentio
super hoc facta ⁊ sufficit vna denunciatio cum cursu bienniũ vt
possit vendi vt hic: interdum est facta conuentio ne venderet: et
tunc tres denunciationes sunt necessarie. vt. d. l. si conuenerit. in-
terdum conuentio est facta vt ei vendere liceat: ⁊ tunc vendere li
cet vt hic: ⁊. d. l. si conuenerit. in princi. nec denunciatio aliqua
est necessaria: vt not. gloss. in. l. creditor. la. ij. C. de distrac. pign.
¶ Sed hic vertitur dubium quantũ tempus requiratur inter
vnam dilationem ⁊ aliam ⁊ dicit gl. in. l. si conuenerit. qd triduum.
arg. l. inter accusatorẽ. ff. de pub. iudi. Sed Jac. de but. dixit qd
illa loquitur in diuerso casu a nostro: preterea illud non est expe
ditum vt ibi no. in. l. qui crimen. §. qui accu. non pos. vnde dicit
Jac. but. qd hoc tempus velut indeterminatum relinquitur in
iudicis arbitrio. arg. ff. de vsu. l. mora. ⁊. ff. de iure deliberan. l. i.
⁊. ff. de verbo. obligatio. l. si ita quis. §. scia. quod sibi videretur
arbitrandum magis decẽ dierum per. l. promissor. ff. de consti.
pecu. hodie tamen statuta terrarum prouident aliter super istis
⁊ illa sunt seruanda. ¶ Tertio not. qd a tempore sententie late
biennium currere incipit. Circa quod queritur de qua sententia
hic loquitur: ⁊ respondeo cum glos. de interlocutoria de soluen-
do ⁊ pignore luendo: non autẽ de diffinitiua ⁊ bene dicit vt suc
cessiue hic in litera patet. ¶ No. quarto quod imperator est il-
le qui hoc ius dominij potest concedere: vt in versic. sin autem.
¶ Quinto no. quod post impetrationem dominij datur debi-
tori aliud biennium ex humanitate. ¶ Sexto qd de damnis et
interesse statur sacramento creditoris. ¶ Ex quo colligit glos.
quod quãdo singula non possunt probari recurritur ad sacra-
3 mentum. ¶ † Septimo not. qd licentia data creditori vt possit
sibi pignus iure dominij retinere vel vendere intelligitur pro
rata debiti: vnde superfluũ debet restituere debitori nisi aliud
caueatur a lege quod no. contra vsurarios modernos. ¶ Octa
uo no. qd si pignus iure dominij impetratum minus valet quod
pro residuo remanet petitio quod secus dicit glo. in pignore ca-
pto in causam iudicati sed non bene dicit: ideo dic melius vt
dixi super glo in. l. ordo. C. de excep. rei iudi. ¶ No. ix. qd de con
scientia quis satisfecit per iuramentum. e contra. sunt in glo. signa-
ta super verbo religione.

¶ De pactis pignorum ⁊ de lege commissoria in pignore rescindenda. Rubrica.

1 ¶ Pactum legis cõmissorie quod dicatur ⁊ quando valeat.
⁊ nu. seq.
4 Fauori pro se introducto quilibet renunciare potest.

Vi pactus.

Pactũ simile legi cõ
missorie in pignorib[9]
1 reprobat. h. d. ¶ † Et p euidentia pmitto sm a
Bar. qd sicut in contractu empti ⁊ venditi pa-
ctum legis cõmissorie pprie est illud qd fit per
verba directa puta res sit inẽpta: ita in pignore
pprie pactũ legis cõmissorie fit per verba directa puta si debi-
tor ad diem non soluerit pignus sit creditoris vt. j. eo. l. fina. et
sicut empto ⁊ vendito quando pactum fit per verba obliqua vl' b
reflexa puta res ad venditorẽ reuertatur vel ei reddatur vel re-
stituatur proprie non est pactum legis commissorie. sed sibi si-
mile: vt. C. de pac. inter emp. ⁊ ven. l. si a te. l. cõmissorie. ⁊ not. in
l. i. ff. de dona. sic ⁊ in pignore pactum non est legis commissorie
sibi simile si fiat per verba obliqua vel reflexa: puta si ad diem
non soluero ego cedam sibi pignora vel dabo sibi illa in solutũ.
vt in hac lege. ¶ Et ex his not. quod vbi quid improbatur a le
2 ge: sibi simile improbatur. ¶ † Opp. qd imo pactum valeat: vt
ff. de pig. l. si fundum. §. si. Sol. vt in gl. i. qd ibi sunt alia verba
scꝫ vt habeas tunc emptum pro tanta pecunia quanti valuerit: c
⁊ sic ibi non minuit verum precium. hic sic: quia pro debito qd
est minus vero precio vel esse potest minus illo. ¶ Op. ij. quod
imo venditionem contraxit: vt. ff. de euic. l. predium. Sol. vt in
gloss. ij. quod hic non contraxit de iure sed de facto sic vt in con d
3 trario. ¶ † Oppo. iij. quod pactum debeat valere quia verba
non debent intelligi prolata frustratorie: vt. l. si quando. ff. de le-
ga. i. ⁊. ff. de vsur. l. si stipulatus. ⁊ quia res debet interpretari vt
potius valeat q̃ pereat: vt. l. quod. ff. de reb. dub. sol. vt in glos-
sa quod hic fallit quia pactum ⁊ verba sunt expresse improba-
4 ta. ¶ † Oppo. iiij. quod cuilibet liceat renunciare fauori pro se
introducto. Solu. quod hoc fallit hic: vel dicunt quidam quod
hic fauor inducitur post pactum vel propter pactum: ibi ante
pactum hec solu. licet colorata mihi non placet quia scdm istos
post pactum renunciari posset huic legi ⁊ fauore cuius contra
rium vult ista glo. ⁊ bene quia pactum primum est a lege impro
batum odio creditoris. ⁊ sic per renunciationem sequentem fir-
mari non potest: vt. l. non dubium. C. de leg. ¶ Oppo. v. de. l. si.
ff. de contrahen. emp. Solu. quod ibi non creditori cuius odio
est improbatum pactum: sed fideiussori est pignus remansurũ:
⁊ sic non est pactum legis commissorie: vt in glo. ⁊ adde que di- e
cam. j. eo. l. si.

¶ Pignus reddi debet debito soluto.
2 Pactum legis commissorie pignoribus ex postfacto non re-
probandum.

Si fundi.

1 † Cessante causa propter quã pi-
gnus est datuꝫ pignus debꝫ red
di. h. d. ¶ Querit gl. quid si actum fuit vt re empta
euicta retineatur an valeat pactum. dicit glo. qd sic.
2 ⁊ ita etiam potest intelligi lex ista. ¶ † Ex hoc dicit Bartolus
f quod pactum legis commissorie: vl' sibi simile ex postfacto[f] in f
pignoribus non reprobatur quod inquit esse notandum: secus
si a principio apponatur: vt. C. l. i. ⁊ cum ista concor. l. si tutius.
ff. de pigno. act. ⁊ idem tenet Pet. ⁊ Cy. in. l. sequen. ⁊ ratio di-
uersitatis est quia tempore cõtractus debitor faceret quicquid
creditor vellet vt pecuniã haberet: ideo. l. inhibuit tale pactum
sed quando ex postfacto pecunia recepta sit tale pactum cessat
ratio predicta: ideo valet tunc pactum. ¶ Quero qua actione
proposita iudex iubere debeat. ⁊ respondeo vt in glo.

1 ¶ Pactum legis commissorie quando in pignoribus repro
betur ⁊ quando toleretur ⁊ nu. seq.
2 Pactum quod debitori luere non liceat an valeat.

Voties.

1 ¶ † Pactuꝫ legis cõmissorie ve
lut asperũ in pignoribus repro
batur. hoc dicit. ¶ Nota quod asperitas reproba-
tur in iure. ¶ Op. quod omnis memoria huius pa
cti non aboliatur: vt lege commissorie. supra de pactis inter em
pto. et vendi. ⁊. C. si rect. prouin. l. i. ⁊. ff. de prescrip. verb. l. si rem.
§. finali. Solu. quod fallit in venditione: vt. d. l. commissorie. vt
hic in glo. i. Item fallit in arris sponsalitijs ⁊ honestis sponsio
2 nibus: vt no. hic in glo. magna post princi. ¶ † Opp. ad idem
qd etiam in pignoribus valeat: vt. ff. de contrahen. emptio. l. si.
Sol. vt in si. glos. qd hic quando inter debitorem ⁊ creditorem:
ibi quando inter debitorem ⁊ fideiussorem. Et est ratio quia
tunc cessat ratio quam dixi. C. l. prox. Idem dicit Cyn. et Bar.
etiam si diceretur qd emptus esset cuidam extraneo qd plꝫ nisi
ille esset suppositus a creditore. arg. C. de sac. san. ec. aut. quibus

a ¶ Licentiã dare nũcio. adde bar. hic ⁊ no. p eũ in l. q adit. §. si. de co sti. pec. ⁊ in. l. ij. ⁊ ibi late p. d. alex.

b ⁊ ꝑ Dñs. Not. qd sm decretum nõ põt interpoi gña liter in oib[9]. vide de h bat. h q sin- gulr loquit ⁊ eũ sequit. d. ant. l. c. s. extra de iud. licet Jo. de imo. aliter ibi dicat.

c ¶ Per vnicum actũ. adde bar. h ⁊ pbat p. l. i. i si. ff. de consti. pecu.

d ⁊ ꝑ Vetustissimã. ista lex circa sui pncipiũ ẽ ad hoc valde notabilis qd in pignorib[9] oĩa pacta valent nisi expresse repiãtur phibita: ita alleg. ad hec bãc l. bart. i. l. iij. C. de pig. ⁊ ad hãc. l. vi de bald. i. l. ordo. v. ⁊ no. C. d excep. rei iud. ⁊ v. qñ gd differt. C. de bo: aut iud. pos.

e ¶ Vna denũcia- tio q̃liter pcedat adde Jmo. ⁊ an- gel. i. l. si a debito rib[9]. ff. de re iud. ⁊ p eos ẽt l. l. sii- nita. §. postea au tem. ff. de dã. inf. ⁊ §. iul. i vl. col. post Bar.

f ¶ Ex postfacto. adde bal. in. c. i. d de feu. da. i vi. ilc. cõmis. i. ij. col. v. sed pone qd pa- ctũ. ⁊ adde. l. tuti[9]. ff. d pig. act. ⁊ bar. in. l. qñdme. alias l. callipodi[9]. ff. de so. ⁊ in. l. si ex cau- tione. in si. C. d nõ nu. pec. ⁊ adde qd verũ ẽt de consue tudine bal. i. l. cõ- suetudo. iij. col. C. q sit long. consue tudo.

a ¶ Quando pactum de materia pacti. l. cómissorie. vide. d. alex. cõ. xj. parte.

b ¶ Sunt perpetua. adde bald. in aut. et q. de temp. appella. in ver. h. quero nunquid sententia. ⁊ huic. l. similis est illa lyna lectu. et ibi vide quid de replicatione. item adde Barto. in. l. ij. ff. po. ⁊ p bald. ⁊ angel. in. l. hac si qs de pscri. xx. anno.

eunq. ⁊ aug. C. de distra. pig. l. ⁊ qui sub imagine. ¶ Op. ad idẽ de. l. si fundus. §. si. ff. de pign. Sol. qḋ ibi dicit qḋ creditori esset emptus iusto pcio vnde cessat asperitas de qua hic vt sibi haberet vel insolutum cederet p debito. ⁊ sic non cessat asperitas ⁊ forma improbata. ¶ Oppo. ad idem de. l. C. priori. ⁊ de. l. si tutus. ff. de pigno. ac. Solu. vt ibi quod hic quando a p̄n. ibi quando
2 ex postfacto. ¶ Conclude ergo sic cum queritur qñ pactum a legis cõmissorie sit reprobatum in pignoribus. dic aut pactum est inter debitorem ⁊ fideiussorem vel extraneum ⁊ valet: vt. l. si. ff. de contrahen. emp. aut inter eum ⁊ creditorem ⁊ tunc aut pactum continet vt nisi soluerit ad tempus pignus habeat sibi p mutuata pecunia. aut vt hẽat pro iusto precio. primo casu aut fuit appositum a principio. ⁊ non valet. vt. C. eo. l. i. aut ex postfacto. ⁊ valet. vt. C. l. priori. secundum vnam lec. vt. ff. de pign. act. l. si tutus. ⁊ argu. C. de pign. l. debitorem. Secundo casu valet. vt. ff. de pign. l. si fundus. §. fina. Et ex hoc aduocati antiqui faciebãt ⁊ hodie faciunt moderni apponi in instrumentis si pecunia ad tempus non fuerit soluta fundus creditoris sit emptus pro iusto precio declarando arbitrio talis et talis quos ex nunc dicti tales in arbitratores ⁊ bonos viros legerunt. ¶ Oppo. qḋ ad preterita non debeat trahi lex ista vt. l. leges. C. de legi. Solu. qḋ verum nisi dicatur ⁊ ita dicit glos. ij. ⁊ latius dixi in contrario.
3 ¶ † Querit gloss. quid si paciscatur vt debitori non liceat perpetuo luere vel simpliciter. dic quod non valeret quia simile pacto legis commissorie esset ergo ⁊c. vt. C. eo. l. j. Sed quid si non liceat ad certum tempus. gloss. reiecta opin. pla. dicit qḋ valet si modo tempus sit minus. xxx. an. alias perpetua videretur alienatio. vt in aut. de alie. ⁊ emp hy. §. alienationis. ⁊ pro his bene facit. ff. commu. diui. l. in hoc iudicio. §. si conueniat. ¶ Quero ab extra an huic. l. possit renunciari. doc. dicunt ⁊ bene quod nõ quia non tantum hic inuentum est fauore debitorum quã odio creditorum. ¶ Item quia eadem ratione induceretur ad renunciandum qua ad paciscendum. scilicet vt pecuniam haberet. vt dixi in. l. precedenti. ideo valere non debet vt. l. doli. §. diuersum. ff. de noua. ¶ Item ne vna via denegatum concedatur alia. vt lsare oportet. ff. exer. tu.

De excep. siue prescrip. Rubrica.

¶ Dixi in variis titulis de iure agendi ideo nunc tractat de iure excipiendi. verum quia ⁊ exceptiones lato sumpto vocabulo appellantur prescriptiones. ideo subiecit siue de prescriptionibus.

1 ¶ Obligatio actiua creditoris inter heredes diuidẽda. et nume. seq.

Debitores. Primo dictum in genere. secũdo infert ad speciem. secunda ibi: sed si ex. Casus. licet obligatio diuidatur ipso iure inter heredes tamẽ si debitor soluit ei ex heredibus cui creditor nomen prelegauit aduersus alios tuetur exceptione do
1 li. hoc dicit. ¶ † Nota quod obligatio actiua creditoris ipso iure per legẽ. xij. tabu. diuiditur inter heredes. concor sunt in gl. i. ¶ Item quod nomen debitoris vni ex heredibus prelegari potest. ¶ Item quod soluens prelegatario non liberatur a coherede ipso iure. ¶ Contra quod oppo gloss. quia ex legato nominis trãsit vtilis. vt. C. de leg. l. ex legatõ nominis. igit debitor ei soluens liberatur ipso iure. vt insti. quib. mod. tol. obliga. §. i. Solu. quod verum ab vtili sed non a directa competente cohe
2 redibus vt hic. ¶ † Oppo. ad idem quod imo ⁊ a directa: quia aliã soluit de voluntate creditoris. ⁊ sic ipso iure liberatur. vt. l. solutum. ff. de solu. glos. solu. vt precedens sed illa solutio non conuenit sic huic articulo sicut priori. ideo gloss. dat aliam solutionem. scilicet quod illud procedit qñ creditor de cuius voluntate soluit tpe solutionis viuit. ita qḋ in eius persona tota consistit obligatio: hic qñ mortuus est ⁊ obligatio in plures est translata.
3 ¶ † Oppo. ij. qḋ vni heredum non possit prouidere in his que in dando consistunt. vt. ff. de ver. ob. l. continuus §. fin. Sol. qḋ ibi stipulando hic prelegando. ⁊ hec vẽra licet aliqui dixerint qꝛ quando stipulando dz subdistingui. aut illud consistit in faciendo: ⁊ tunc vni totum potest si illius solius interest alias si omnium interest nõ põt. si in dando qꝛ semp omnium interest. tunc non posset vt ibi notatur per Saly.

Pro portione. Exceptio rei iudica. nõ ob. ei ↄtra quẽ nõ ẽ pronunciatũ. h. d. ¶ Op. de. l. cũ querẽ. ⁊. l. se. ff. de exccep. rei iudi. Sol. qḋ hec sm illas. vt in gl. Itẽ oppo. de casibus not. C. qui. res iu. non no. l. ij. Sol. vt in glo.

Aduersus. Casus aduersus exceptionem pacti pt agens dolo inductus vti replicatione doli. h. d. sm primã lectu. que verior est. glo. sunt clare vide eas.

Cum nondum. Causa nõdũ finita pt opponi exceptio peremptoria. h. d. ⁊ de hoc dixi in. l. peremptorias. C. senté. rescin. non pos.

1 ¶ Perpetua sunt in excipiendo que annua in agendo.

b **Licet.** Casus †. annua ad agẽdũ sunt ppetua b ad excipiẽdum. h. d. Similes glo. ista
1 cit. si. de. l. pure. isi. ff. de dol. exc. ¶ Quero de exẽplis ⁊ gl. varia exempla ponit. Primum qñ tu deiecisti me de posses. ⁊ ego incõtinenti recuperaui possessionem ⁊c. quod glo. reprobat: qꝛ tibi nõ daf aliqḋ interdictũ: ergo nec mihi exceptio. sed dicunt aliqui fateor qḋ non hz interdictum. sꝫ hz rei vẽdicationẽ. ⁊ in ista ponit glo. exemplũ. qꝛ C. ea excipiã de deiectione p quã pdit possessionem vt. l. si qs in tantam. C. vnde vi. Sed hec defensio non est bona sm cõem opi. que se habet. vt nõ pdat dñium ipso iure sed tñ p sñiam. vt dixi in. l. si quis in tantam. C. vnde vi ¶ Secundũ exemplũ ponit glo. sm Jo. ⁊ ipm non reprobat sed non vr tutuz: qꝛ primus deiector contra quem agitur ex iure cesso possidet. ⁊ sic ei interdictum ex mea deiectione non datur. ⁊ sic de illa expulsione obiicere non potest. Illo vero non possidente procedit. ¶ Tertium exemplum ponit glos. sm Bul. quod vide sed exemplum reprobatur qꝛ p deiectionem quam feci ex interuallo perdidi meum interdictum vnde vi. ⁊ sic non est locus exceptioni. sed de hoc an pdiderim vel non latius examinaui in. l. si quis a se fundum. J. ad. l. iul. de vi. ¶ Quartum exemplum ponit glossa. in inuasore qui post annum soluit estimationem ⁊c. Sed exemplum reprobat quidã ex eo: quia deberet distingui an qs soluet per errorem vl ex certa scientia. vt. l. i. ff. de condi. inde. ⁊. l. cuius p errorem. ff. de regu. iur. ⁊. ff. de cõdi. inde. l. qui exceptionem. non eñ erat exceptio cõpetens post annum violento temporalis sed ppetua. ¶ Quintum exemplum ponit gloss. qñ deiectus clandestine recuperauit possessionem a violento qui nunc agit interdicto vti possidetis. ⁊ ille excipit. tu recte ageres nisi vi a me possideres. vt. C. vti. pos. l. i. nec valet si ille replicatur pro illa violentia interdicto vnde. vi tu non potes agere: quia annus transiuit qꝛ respõdetur qḋ annua ad agẽdũ sunt perpetua ad excipiendum. ⁊ hoc exemplum ceteris est melius. ¶ Modo circa illud generale quo queritur an annua ad agendum ⁊c. dic aut queritur an sint perpetua ad replicandum. ⁊ dico quod non: quia eiusdem vite est replicatio cuius est actio. vt. C. de dila. l. si quando. ⁊. ff. de pecu. l. quesitum. §. fina. ⁊ nota. in. l. sequẽ. aut queritur an sint perpetua ad excipiendum ⁊ tunc aut exceptio competit alicui quia ⁊ actio ei competit: ⁊ tunc regula ista sic procedit. sed exceptio est eius vite cuius est actio. vt ff. de inoffic. test. l. papinianus. § si filius. ⁊. ff. de pet. here. l. si qs libertatem. aut exceptio competit ei ex alia equitate vel pacto: ⁊ tunc annua ad agendum sunt ppetua ad excipiendum. vt hic. ⁊ l. pure. in si. ff. de dol. excep. sm Cy.

1 ¶ Exceptio vel replicatio doli quando possit contra pactum opponi. ⁊ nu. seq.

4 Exceptio doli perpetua dicitur de eo quod ad dolosum peruenit.

1 **Si pactum.** † Exceptio vł replicatio doli potest perpetuo ↄtra pactum opponi. hoc dicit. Ista. l. legitur tribus modis secundum gloss. ⁊ primo ⁊ secundo casus dolus interuenit in tertio non. ideo in primis duobus loquitur de speciali actione doli. in tertio de exceptione doli generali. ⁊ primus differt a secundo quia in primo dolus interuenit in exceptione querenda: in secundo in replicatione querenda cõtra exceptionem. ¶ † Not. ex primo quod contra exceptionem pacti dolo quesitum potest perpetuo replicari de dolo. Sed quod non perpetuo oppo. glos. quia replicatio non potest esse maioris vite quã sit actio. vt dixi in. l. i. sed actio non durat nisi. xxx. ann. vt. l. sicut C. de prescrip. xxx. anno. ⁊ insti. de perpe. ⁊ temp. act. in princip. ergo ⁊c. huius timore dicit glo. si tu intelligis hic ppetuo. i. vsqꝫ ad. xxx. an. ⁊ tunc hec. l. cõcor. ⁊ non ob. contrarium. Si vo intelligis perpetuo. i. sine prefinitiõe tpis: ⁊ tunc dic. qḋ hic loquitur sm antiqua iura sm que pscriptio. xxx. an. non erat inuenta. ⁊ sic hodie pcedit ↄtrium. ¶ Or attende illud qḋ dicit glo. pcedit vbi opponeretr exceptio prescriptionis. sed hic opponebatur solum exceptio pacti ⁊ principalis actio sm veraz opi. nõ tollitur ipso iure sed ope exceptionis vt dixi in. d. l. sicut. ideo procedit petitio. ⁊ si opponatur de pacto ⁊ omittat de prescri. replicabitur
3 de dolo. ⁊ procedit. l. ista. ⁊ remanet incorrecta. ¶ Nota ex scdo casu qḋ C. replicationem dolo q̃sitam duplicabit de dolo ⁊ ppetuo. ¶ Contra qḋ op. glo. de. l. quesitum. §. si. ff. de pecu. ibi duplicatio

plicatio est annua. et solu. secundum Bal. quod ibi est verbum fortasse
per quod datur intelligi quod etiam perpetuo posset. vel secundo
ibi replicatio est eius nature cuius est actio. vnde si actio est perpe-
tua et replicatio est perpetua et per consequens duplicatio. et vbi exceptio
sui natura non sit perpetua vel replicatio: tunc nec duplicatio erit
perpetua. ¶ No. ex tertio casu quod cum replicatione pacti de pe-
tendo concurrit replicatio doli generalis quod est notandum: nam
l. ij. §. generaliter. ff. de doli excep. loquitur de exceptione non de
replicatione. ¶ Item no. ex eo quod subiungit glo. quod sicut exce-
a ptio doli[a] cessat ob reuerentiam personarum: ita replicatio: et mo-
4 do clarificata est lex ista et eius gl. ¶ † Ultimo scias quod Pet. vt
hic refert Cy. dixit quod exceptio doli est perpetua de eo quod ad eum
peruenit qui dolum commisit: et ita intellexit legem istam et hoc
b ideo quia tunc actio de dolo est perpetua.[b] vt. ff. de dolo. l. itaque.
vbi autem actio de dolo est temporalis: quia de eo quod ad dolosum
non peruenit competit: vt. l. fi. C. de dolo. tunc sicut actio de dolo
est temporalis vt ibi: ita exceptio. ¶ Et per istum modum sol-
uitur contrarium de. l. quesitum. §. fi. ff. de pecu. et quando actio de pecu.
est anna. l. i. sed hoc dictum mihi videtur contra istam. l. et contra dictam. l.
pure in fi. ff. de doli exce. nam ambe loquuntur in casu quo actio est
temporalis vt exceptio eodem casu sit perpetua et ideo ei non as-
sisto et dico vt supra.

Si ex maiore.

Pactum de non petendo simpliciter factum restringitur ad quantitatem iam solutam. h. d. et notanter. ¶ Gloss. oppo. de. l. a dino pio. §. pignora. ff. de re iud. Sol. vt in ea. et vide quod dixi in. l. ordo. C. de excep. rei iudi. ¶ Sed oppo. fortius de. l. emptor. §. lucius. ff. de pac. sol. quod vbi verba generalia non poterant restringi salua ratione recti sermonis: ideo generaliter et vniuersaliter intelliguntur et ideo si hoc pactum fecisset de omni debito et residuo obstaret exceptio: hic vero verba pacti fuerunt simplicia et indefinita. s. de non petendo: ideo restringuntur ad soluta: quia ratio recti sermonis remanet salua: quod no. et vide quod dixi in. l. si de certa. C. de transac.

Prescriptionem.

Exceptio peremptoria debet opponi ante sententiam: si tamen ante litem contestatam sit opposita non nocet: et sufficit probari postea. hoc dicit glo. iunt clare.

1 ¶ Reus excipere non tenetur si ab actore nil probetur.
2 Actor an teneatur probare reo excipiente.
3 Excipiens quando fateri dicatur.
4 Reus an possit excipere actoris intentione probata.
5 Reus quando dicatur confessus pure nisi probet conditionem an negasse nisi actor probet promissionem et nu. 6.
7 Reus quando plures possit proponere exceptiones.

Si quidem.

1 † Reo non expedit exceptionem opponere si credit actorem non probare: alias debet exceptionem sub conditione opponere: et post probatam intentionem actoris illam probare. hoc dicit. Et pondera quod tribus casibus disponit. Primo quando reus est certus quod actor non potest probare. Secundo quando est certus quod potest probare. Tertio quando dubitat. secunda ibi: Si vero. tertia ibi: Nam si. ¶ Et scias quod hic est vna glo. magna. et hec fuit vna additio noua: sunt et alie glo. antique et illas primitus recitabo: et quatuor prime sunt literales. Incipio ab illa que est super verbo dubitas. ¶ Et opp. quod non possit dubitare: quia in facto proprio non toleratur talis dubitatio: vt. ff. de iur. et fac. igno. l. plurimum. et ff. de acq. pos. l. falsum. Sol. quod hec dubitatio erat de facto alieno: quia descendebat a persona patris: vt in gl. et sic toleratur. ff. pro suo. l. fi. ¶ Et ex hoc colligit glo. ar. quod non semper cogitur quis re-
c spondere affirmatiue vel negatiue. sed potest interrogatus de facto alieno respondere dubito. circa quod vide quod dixi in materia positionum in. l. ij. §. quod obseruari. C. de iura. calu. Item colligit gl. quod reus semper possit interrogari: vt hic: et. ff. de interro. act. l. de eta te. §. nihil. quod limitat gl. dicens verum si iudicem mouerit equitas: vt. l. vbicunque. in eo. tit. ¶ Oppo. secundo quod exceptionem non debeat ante lit. contesta. opponere: vt. l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos. Sol. quod si exceptio sit dilatoria necesse habet ante lit. contesta. opponere et probare: vt. C. de procura. l. ita demum. dic vt ibi dixi. Si autem sit peremptoria tunc ex voluntate potest ante lit. contest. opponere: et postea tenetur probare vt hic si tamen non vellet an-
2 te lit. conte. opponere: tunc non tenetur vt in contrario. ¶ † Opp. successiue cum glos. quod si reus excipiat actor non habeat necessario probare: quia excipiendo videtur fateri cum exceptio sit actionis exclusio: et sic supponitur actorem habere actionem. Solu. secundum quosdam quod non est verum quod excipiens videatur fateri: vt. l. non vtique. ff. de except. sed isti non soluunt contrarium: ideo glo. dicit quod aut reus alia negatione non facta excipit pure et simpliciter: et tunc videtur fateri vt in contrario: aut negat et excipit conditionaliter: puta nego me debere: et si appareat me debere: excipio de pacto de non petendo vel de solutione facta de transactione et sic de singulis: tunc

d fateri non videtur[d]: et ita intelligit gloss. istam. l. et dicit. l. non vtique.
5 ¶ † Et sic firmat hec gl. quod ex simplici exceptione videtur quis fateri. Et idem et clarius not. glo. signata super verbo contestationem. in auth. de exhiben. et introducen. reis. §. sancimus. vers. suscepto. Et pro ista parte vltra predictam rationem bene facit text. C. de test. auth. si dicatur. in princip. Sed veritas est in oppositum et ita tenent canoniste per. c. cum venerabilis. extra de excep. et ita firmat ibi Inno. ¶ Et ego idem dico de iure ciuili. et hoc per d. l. non vtique. et per. l. excep. C. de proba. vbi casus. et etiam per hanc. l. et per. l. i. prime. que simpliciter dicit actorem non iuuari exceptione rei. Et multas rationes allegaui in. d. l. exceptionem. vbi vide. Postea subtilius speculatus vt soluantur glo. nostre dico quod etiam si fateri videtur illa confessio non potest approbari vt implicita et exceptio que est explicita implicans illam replicari. arg. eius quod not. in. l. ij. C. de dona. ante nup. ¶ Item quia confessio non potest esse vera nisi exceptio sit vera cum omne implicatum vel ex alio illatum supponat explicitum vel id ex quo infertur esse verum: quia ex falso non sequitur verum. nec de eo ente non infertur aliquid esse. vt. l. actor. C. de proba. et etiam non valet consecutiuum vbi reprobatur expressum. vt. C. de legi. l. non dubium. facit. ff. de seruit. rusti. predio. l. iij. §. qui habet. in fin. et sic si dicamus quod fateri videtur conditionaliter dicitur fateri puta si exceptio pro vera accipiatur qua posita pro vera confessio nullius est preiudicij ideo non expedit excipienti vt probet exceptionem nisi actor probet intentionem. et ista est veritas.
4 Ad auth. Si dicatur. dic vt ibi dixi. ¶ † Opponi. quarto quod reus non admittatur ad probandum exceptionem postquam actor probauerit suam intentionem quia post dicta testificata probationes fiende per testes non admittuntur. vt. C. de proba. auth. at qui semel. Sol. vt glo. sequen. que remittit ad ibi no. et solutio est ista quod super eisdem capitulis non admittuntur vt ibi. sed super diuersis sic vt hic. et in. c. fraternitatis. extra de testi. Similiter ad probandum productos et redarguendum eos de falso. vt. C. de testi. l. si quis testibus. et. l. fin. et ibi vide quod latius scri-
5 psi. ¶ † Reuertor ad glossam magnam que format. q. Quid si actor agat ex promissione et reus dicat se promisisse conditionaliter vel sub conditione. Et iste tertius casus est magis dubitabilis an reus intelligatur confessus pure nisi probet conditionem:[c] an econtra videatur negasse nisi actor probet promissionem puram fuisse vel conditionem non extitisse. Et arguit glo. per tres rationes quod videatur confessus pure si non probat conditionem. Et primo quia duo intelligantur confessiones. vna pura alia conditionalis. sicut duo sunt arbitri precepta scilicet dari et ad diem dari. l. celsus. ff. de arbi. Secundo quia et idem est in pacto de non petendo: quia nisi prius neget se debere fateri dicitur: et pactum de non petendo probare debet. alias succumbit vt notatur in secunda glossa in hac. l. si quidem. Sed hanc rationem reprobaui supra in. iij. oppositione. Tertio quia pro actore est interpretanda responsio rei. vt. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem. §. i. Ad partem oppo. arguit glo. pluribus rationibus. Primo quia sicut actor non videtur in iudicium deduxisse quod non sentit sic nec reus. vt. l. si testo. in fin. ff. de excepti. rei iudi. vt equalitas seruetur inter eos. l. fin. C. de fruc. et lit. expen. et tanto fortius quanto fauorabiliores sunt rei quam actores. vt. l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Secundo quia in ambigua locutione stamus declarationi eius qui ambigue loquitur. vt. l. si quis intentione ambigua. ff. de iudi. Tertio quia adiectio loci facta promissioni de aliquo dando non intelligitur separata a promissione vt sic dicantur esse duo imo vitiatur propter locum ipsa promissio. vt insti. de verb. obli. §. loca. ergo nec in proposito conditio a promissione. et sic non ob. l. celsus. in contrarium allegata. Quarto quia dicens promisi sub conditione: videtur dicere aduersario nullam esse natam obligationem nec actionem. vt. l. cedere diem. ff. de ver. signi. et sic non fatetur intentionem actoris. quod facit qui exceptionem pacti opponit. ita dicit glo. quod tamen supra reprobaui. Quinto quia si stipulor pure tu respondes sub conditione: non tenet stipulatio quia aliter respondes quam interrogaris. vt. ff. de verbo. obli. l. i. §. si quis simpliciter. sic in proposito cum dicit reum promisisse sub conditione vel promisisse sed sub conditione aliter videtur respondere quam sit petitum. et sic non debet sibi preiudicare. Sexto quia in casu quo dico promisi sed sub conditione. de quo magis dubitatur an ex primis verbis indicatur pura promissio. dicit glo. non potest dici pura propter coniunctiuam: sed que pure aduersatur: et per quam precedentia verba declarantur: vt sit sensus quod dico promisi intelligo sub conditione et non alio modo. arg. l. nam ad ea. §. i. ff. de condi. et demon. et quia que incontinenti dicuntur inesse creduntur. vt. l.
6 lecta. ver. dicebam. ff. si cert. pet. ¶ † Ultimo gloss. concludendo pro solutione distinguit quod aut incontinenti et sic statim et vno contextu dicit promisi sed conditionaliter ita quod illa verba sed conditionaliter non habent tractum temporis vel dilationem aliquam: et tunc nullo modo dicatur pure fateri sed potius duritates

a † Exceptio doli. tu vide de hoc dicto quod no. diffuse spe. in tit. de accu. vers. sed pone quod quo est gl. l. l. i. C. de fice. et Mod. in. l. i. et ibi Ro. ff. ius vo. vt cant.
b ¶ Actio de dolo est perpetua. dic quod contra heredes est perpetua et annalis contra dolosum. l. itaque. §. cum conueniens. et ibi bar. ff. de dolo. vide. l. si. C. de do. in. l. sub pretextu. C. de transac.
c † Uel negatiue. tu dic de hoc vltra ea que hic not. bal. l. pen. quod not. idem bal. in. l. i. s. q. secu. et bal. in hac l. ver. item not. ibi nullis.
d ¶ Fateri non videtur. Adde Bal. in. l. age. C. de transa. per illum tex. quod opponens exceptionem transactionis non videtur fateri debitum et vide no. per gl. et Bar. in. l. si filium. C. de libe. ca. Et adde Jac. bu. et bal. l. l. cum pupi. ij. col. aliter hinc in. l. nemo. C. de sen. quod opponens compensationem videtur debitum non fateri probatur practica in gl. dum dixit quod debet precedere negatio per tex. l. c. ex tenore. de testi. et an illud quod hic dicitur habeat locum in replicatione bart. in. l. expressim. circa prin. ff. de ap. et an opponens compensationem videatur fateri debitum. roma. consi. lxxvij.
e † Nisi probet conditionem. No. quod instrumenta conditionalia non merentur executionem. vide notata per bal. in. l. cum testo. ad fi. C. de testa. et bar. in repe. l. ij. l. iij. q. pri. C. de pig.

a ¶ Aut contrarie. qd exceptiones contrarie simul & semel opponi possunt a reo. adde Innocen. in c. cum venerabilis. de excep. & omnino per Abb. in c. pastoralis. eo. titu. & Bald. in l. j. C. de fur. & in auten. contra qui propriam. de non nume. pecu. Barto. in auth. qui testamento. de excu. tuto. & in l. cum de indebi. in princip. ff. de probatio. nota. d. l. nemo. ff. de excep. Dyn. in regula nullus pluribus. in vi. Lanf. in c. quoniam contra versicul. exceptiones. qd intellige desiunctive si copulative. vt procedat secundum gloss. in ca. audientia. de prescrip. nisi si excipienti incumbat onus probandi super vtraque secundum Innocen. post glos. ibi & in d. l. nemo. et ibi Barto. de excep. Bal. in mar. verbo exceptio. versicul. xx. & in spec. de exceptio. §. iiij. & de sententia. §. viij. ver. sed nunquid falsis.

b ¶ Declinatoria iudicii loquitur hic lex de excepc. incompetentie iudicis secundum vnum intellectum bald. hic & illa debet ante litis contest. opponi. de eius vero in veritate vide Bald. in l. penu. ff. de iurisd. et iure. et angel. consilio. cxc. & consil. cxcij. declinatoria vero exceptio quandoque possit opponi. no. Innocen. in c. cum. M. ferrarien. ibi omnino fere ad fin. extra de consti.

c ¶ Dominij. adde quod si non est questio de dominio: sed de vsufructu. vide Cyn. in. l. i. C. de alie. iudi. mutan. causa fac. & Bart. in l. lite. j. eod. & omnino in prac papien. in .iij. libel. versic. excep. litis pendentis.

d ¶ In reali.) Adde qd in actione reali per solam citationem fit hodie res litigiosa Bartol. in. l. i. C. communi divi.

e ¶ Res non efficitur.) quando res efficiatur litigiosa. not. Cyn. C. de peti. here. in princip. & fin. l. i. C. de condi. & in autent. litigiosa. C. eo. & in. l. i. §. quandoque. de aqua plu. arcen. & in. c. ecclesia sancte Marie. vt lit. pend. per glo. & in c. cauiam que. el. ij. de testib. in c. i. de confir. vti. vel inuti. & Innocen. in ca. cum. M. ferrarien. de consti. Ang. in auth. de litigiosis in princip. col. viij. non quando est qd de possessione tantum Abb. post glo. in. d. c. i. de confir. vti.

f ¶ Mere personali. qd vitium litigiosi nõ habet locũ in actionib[9] personalib[9] adde Bal. in auth. litigiosa. C. eo. & Ang. in auth. eo. tit. in prin. qd sic post lit. cõtest. tñ. vt ibi.

g ¶ An per hypothecariam. adde Bal. in. d. auth. & in practica papien. iij. libello. vsic. exceptio litis pendentis.

h ¶ Est nullus. adde Ang. in auth. de litig. i. col. ver. attende tamen col. viij.

negare: aut non dixit illa verba incontinenti & vno contextu: et tunc licet modicum spacium intervenerat tamen videtur ex premissis verbis pure fateri sequentia verba non habent illi confessioni derogari nisi conditionem probet. hec est intentio huius glo. si bene conspiciatur & bene est notanda: & hanc partem communiter tenent docto. quia cum sit vnica responsio et vnica verborum conceptio non potest actor illam separare: sed debet aut totam approbare aut in totum reprobare: vt supra dixi: et etiam dixi in. l. i. C. de confes. & not. per Cyn. de do. ante nup. l. ij.

7 ¶ † Ultimo quero an reus possit simul plures exceptiões proponere. Cui respondeo aut sunt diverse & non contrarie vt pacti iurisiurandi & rei iudicate: & tunc potest nec cogitur eligere: vt ff. de excep. l. is qui. & l. nemo. aut contrarie: [a] & tunc aut proponit ea conditionaliter & successive & potest vt hic: aut ea vult proponere simpliciter & pure et tenet gloss. d. l. nemo. quod potest. & idem dic & in. l. nemo. ff. de regu iuris. nisi in casibus a iure prohibitis in penam mendaci. Sed Dy. dixit quod qui ex quo sunt cõtrarie proponens in aliqua earum dicit mendacium: vt. ff. de institu. l. sed si pupillus. §. sed institoria. et sic nunquam dicit posse proponi: vt in doctrina illius glosse. Et verum dicit in contrariis omni respectu ita quod nullo modo sint compassibiles: sed gloss. procedit vbi aliquo casu sint compassibiles vt dico me nõ esse obligatum vel non teneri & te fecisse mihi pactum de non petendo et ita salvetur glossa. Et hec sufficiant.

Non exceptionibus.

Actores si muniantur exceptionibus: sed replicationib[9]. hoc dicit. Salycetus.

¶ Exceptiones reorum prosunt fideiussoribus eorum.

Defensiones.

¶ † Defensiões & exceptiones reorum psunt fideiussoribus eorũ. hoc dicit. ¶ Op. de. l. exceptio. ff. eo. Solu. vt in prima glossa. quod hic de realibus: ibi de personalibus. ¶ Oppo. quod non prosit intercessoribus vt. ff de pactis l. quod dictum. Solu. quod ibi non habent regressum cõtra reum ideo nõ est opus reo vt illis prosint hic sic. ¶ Opp. etiam quod mutato statu eis prosint: vt. ff. qui satisda. cog. l. si decesserit. & l. seq. Sol. vt in vlti. glo. qd hic in fideius. cõtract[9] ibi iudiciorum ¶ Quero an illis prosint iniuito reo: dic qd sic vt in glo. iij.

Si quis.

Dilatoria debet opponi ante lit. cõtesta. non postea: aliter opponẽs punit. hoc dicit. Hoc intellige nisi supervenerit post litem contestatam: vt. l. ij. supra de consor. eius. lit. et vide quod ibi dixi: & in. l. ita demum. supra de procuratoribus.

Prescriptiones.

Declinatoria iudicij debet in principio litis opponi.

¶ De litigiosis. Rubrica.

¶ Continua rubrica vt in glo. & dic vt in ea.

Cum creditor.

Venditio pignoris facta p creditorem ẽt si debitor cõtradicat nõ facit rẽ litigiosam. h. d. ¶ Opp. quod litera sit sibi contraria cum creditor qui vendidit non contradicat sed debitor. Solu. exponendo literam: vt in glossa.

Litigiosa.

Res efficitur litigiosa cũ mota est questio dominij [c] vsque si in iudicio. h. d. Et antequã recitem gl. lego. l. sequentem vt materia clarius habeatur.

1 ¶ Alienatio lite pendente non fienda.
2 Oblatio libelli an debeat in conventione iudiciaria intervenire.

Lite.

estimationem partis sue cum socio quo non offerente fieri debet
diuisio si commode fieri potest.alias minorem partem habens
offerre potest maiorem partem habenti.h.d. ¶ No.quod maiorem par
tem habens maiorem habet potestatem concor.sunt in gl. Que
rit gloss.quid si partes haberent equales.quidam dixerunt pre
occupantis meliorem esse conditionem: vt.l.si vero.ff.de peculio
sed ibi per sententiam. Alij quod neuter habet electionem.sed
remanet ius commune et hoc tenet Cynus quod placet vt casus
9 omissus a lege. ¶ †Sed videamus quod est, hoc ius commune.
Et glo.respondet quod neuter in re communi inuito altero face
re potest: vt.l.sabinus.ff.communi diui.nec poterit offerre estima
tionem alteri si commode diuidi potest.sed tantum ad diuisionem
poterit peruenire: vt.C.com.diui.l.pen. ¶ Et ex hoc patet quod hic est
speciale quia maiorem habet.ideo non debet extendi quando par
tes sunt equales.et sic bene dicit Cy. ¶ Op.cum vltima gl.de.l.
mancipiorum.ff.de optio.leg.vbi re, integra purgat moram in
digendo commissam.glo.non solum.Solu.igitur in electione per
sonarum hic rerum sine iurium.vel ibi causa propter quam mora
committitur est integra: quia venditio non est facta hic non est
integra.vel hic dixit se nolle ibi tacuit vel hic perseuerat in volu
tate ibi secus.

b
10 **Si quis autem.** b†Si plures res diuersis tem
poribus donantur plures do
nationes intelliguntur.h.d. Ibi per diuersa tempora. ¶ No.contra
eos qui omnia sua donant vno impetu et vt illudant insinuatio
c nem dicunt quod tot volunt esse donationes^c quot sunt res et bo
na.nam talia verba eis non prosunt vt hic secundum Ja.de are.

et Cy. ¶ Item quod ipsa coaceruatio non admittitur si enadi potest et hoc
ne vitiet vt hic. ¶ Contra quod op.gl.de.l.si qui separatim.§.i.ff.
de ap.et non solut. Dic igitur si coaceruatio est vtilis ad id de quo a
agitur tunc admittitur vt.ff.de pac.l.si plures.§.si.finaliter est inuti
lis: quia viciaret iudicium omnia coaceruata veniunt in vnica actione pu
ta negociorum gestorum.vel mandati: et tunc ne cause continge̅tia diui
dantur iudex habet coaceruationem considerare et ad iudicem compe
tentem remittere vt.d.l.si qui separatim.§.i. Aut in diuersis actio
nibus veniunt: et tunc de coaceruando non curamus nec curare pos
sumus vt.l.si idem cum eo.ff.de iur.om.iu. ¶ Op.quod diuersitas tem
porum non consideratur vt in falcidia detrahenda de legatis: vt
ff.ad legem falci.l.in quantitate magna.dicit glo.aliud in lega
tis. Et est ratio quia omnia robur accipiunt tempore mortis testa
toris hic quelibet donatio statim vires accipit. Item hic omnia q
vnt ibi pluribus.et sic ordo personarum ibi fuit necessarius. ¶ Op.
ad idem de seq.§.si quis autem. Sol. hic sunt plures donationes
ibi vna licet per tempora distributa.ar.l.senatus.§.si.de dona
tio.causa mortis.

11 **Si quis autem.** ¶ †In stipulatione annua
requiritur insinuatio si sit facta
mentio heredis donantis vel donatarii, quia fortius si vtriusq; alias non
est necessaria.h.d. ¶ Op.quod nulle non intelligantur vt.l.senatus.
§.si.ff.de dona.cau.mor. Sol.vt in glo.in prin.quia hic quoad insi
nuationem de qua hic loquitur.ibi quoad vnicam stipulationem que vere
est vna non plures.et sic conditio persone stipulatoris consideratur
in prin.an sibi vel alteri querat vt.l.si filius.ff.de ver.ob. ¶ Op.quod
imo plures sunt stipulationes vt.l.si ex pluribus.ff.de ver.obli.
Sol.vt in glo.quod ibi alia fuit stipulatio in prin.quam annua. simili c
ter et alia quia adiecit annua bina trina die.et hec vera secundum Bar quia
anni videtur tunc expressim nolati.quod no. ¶ Op.ad idem de.l.cum
in annos.ff.de annu.leg. Solu.vt in eadem glo in si.quod ibi in an
nuis legatis. ¶ Op.quod tex.sibi ipsi contradicat quod declara vt in gl.
12 penul.et bene ea pondera. ¶ †Et vt de eius intellectu certiores
reddamur formo questionem istam.quidam promisit dare decem annua
Titio non facta mentione de heredibus an intelligatur in vita sua
d tm^d: gl.in.l.si stichum.§.stipulatio.ff.de ver.ob.dicit quod intelligitur
quoad viuat stipulator et pro illa gl.dicit Bar.hic et ibi esse casum
sed ego de hoc non perpendo.nam hic sunt duo casus tantum vnus
quando dixit quoad viuat alius quando de heredibus fecit mentionem. re
manet casus tertius et indecisus quando nihil horum dixit.et.l.in anna
libus.quam glo.ibi allegat loquitur in legato annuo quod finitur mor
te legatarij vt.l.in singulos.ff.de annu.leg.nos in stipulatione que
est vna et sui natura ad heredes transitoria: ideo deslet dici per
petua et de hoc est casus non cauillando tex.in.d.§.stipulatio.et d
13 probatur in.l.si pactum.ff.de proba.et ita tenuit Pe.et Dy. ¶ †Con
cludo ergo quinq; casus nam quandoq; quis promittit pro se et pro here
dibus suis dare decem annua Titio et heredibus suis.et hec est
perpetua vt hic quandoq; quis promittit pro se et heredibus dare Ti
tio donec viuat.vel econtra promittit quis donec viuat dare decem
annua Titio et eius heredibus.et hec in vtroq; casu censetur per
petua quoad insinuationem vt hic quandoq; quis promittit dare de
cem annua Titio quoad viuet et ista iudicatur non excedere sum
mam. Quandoq; quis promittit dare quid annuum Titio et tunc
est incerta et perpetua et ad heredem et in heredem transitoria vt.d.
l.si stichum.§.i.et.l.si pactum.ideo non intelligitur quoad viuet.et hoc
vult gl.in.l.seq.in ver.finaliter donator.vnum tamen sciendum quod per hec
verba quoad viuet stipulatio non finitur ipso iure sed ope exceptio
nis vt no.in.d.§.i. Sequitur aut.item quam per te vide. Et scias
quod hic non potuit intercsse ad scribendum quia fui ad videndum
quosdam libros quos magnificus dominus meus dominus e
Otto de tertijs tyrannice castri noui tertiorum comes et Regi
ne ciuitatis patrie mee dominus &c.fecit portare in duabus ca
stellatis quos lucratus fuerat cum familia sua in stipendijs suis
viriliter de quibus nullum erat.MCCCCVI.die.xvi. Junij in quo
eclipsis solis fuit ab hora nona vsq; ad.xij.et vltra quod mihi sin
gulare hucusq; fuit: quia prius nunquam videram eclipsationem solis
quamquam lune pluries vidissem.et precipue de hoc anno prima die
huius mensis scilicet Junij hora quarta noctis &c.

1 ¶ Promittens certum pondus argenti potest illud in mas
sa ciphis vel moneta soluere.
2 Donans certum redditum annuum ex suis possessionibus debet
dare fundos mediocres eiusdem redditus.et iiij.seq.
5 Donator certi numeri ad mediocres et non ad meliores tenetur. f
6 Donator non habens numerum quem donauit eius estimatio
nem dare debet.
7 Donatio annua censetur facta alimentorum causa.
8 Donatio omnium vel quote bonorum valet et insinuari debet.
9 Actio dator propter nudum donationis pactum.et.et no.o.
1 **Si quis argentum.** e†Si quis
ex causa
donationis promisit certum pondus argenti potest
f illud dare in massa^f vel ciphis iusto precio estimandis

a ↪ An donatio ob causam. Tu dic quod donatio ob causam et de futuro debet insinuari alias non.de quo vide gl.i.l.Lattilius.l.ij. non merito.et ibi posui in addi.ad dictam gl.l.ij.gl.si me ram.ff.co.tit.o.pau. de ca.con.ca.

q ¶ Si quis autem.de hac materia vide spe.de dona.ti.tit. de instru.edit.§. porro.v.donatio autem.vbi sentit contrarium sed Jo.an. ibi non sequitur cum et vide etiam ad predicta ibi Jo.an.et adde spec.de dona.§.i. sup v.quoddam vbi ponit aliqua notabilia.

c ↪ Tot donationes. Tu vide de hoc quod clausula illa nihil operatur per bal.l.l.i. v.et est ali.ad donationem.C.quando dicitur le ga.cedat.col.i.et l trac.clausula in l clau.C.vl.tit.fit.et donationes. Sed vide de optima caute la quam ponit T ho. ferrari^9 i suo trac. cautelarum.cau.xxx iij.incl.donatio ex cedens summe.

d ¶ In vita sua tantum an promissio annua transeat ad heredes vide bar.i.l.stichum §.stipulatio.ff.de vb.ob.et ibi doc.et vide bar.l.l.si idem. i prin.ff.de iur.om. iud.i v.quorum iustis legibus quoniam statue tenuitur insinua tioni vide bar.in.l. modestinus.ff.co.et no.l.l.si quis scribendo.C.de pac.et quod ibi Bario.

e ¶ Si quis argentum adde bal.l.l.iuris gentium.§.igitur nuda ff.de pac.et Bal.i l.si pacto quo penam C.de pac.quod hec.l. non habet locum i presum pta donatione et ociatur actio et narrare velle bar.l.l.iuris gentium.§.quinto.et l.bacten^9.§.i.o con stitu.pecu.

f ↪ In massa dico ergo quod promittens soluere certum pondus auri potest illius estimationem solue re.de hoc vide.bart. l.i.ff.de au.et ar.a lega.

¶ Oppo. quod promissio non teneat vt. l. cum post. §. gener. ff. de iure dotium. Sol. hic de pondere certo vt in glo. i. in princip. ¶ Op. quod estimatio solui non possit vt. l. i. §. ff. de au. et argē. leg. Sol. quod hic ad certum pondus in re certa se nō retulit li/ cet in genere de argento certe lige loquutus fuit in contrario de certa specie dixit. ¶ Oppo. ad idē de. l. paulus. ff. de solu. Sol. vt in tertia glo. et primo quod hic speciale fauore liberalitatem exercentis. et istam tenent. Pe. et Cy. ¶ Aliam dat gl. aut pecu nia est ere contaminata et non potest aut non est ere contamina/ ta et potest. et ista non videtur tuta per istum tex. nam si hic pon/ dus esset ere contaminatum licet multum plus esset argentum ꝙ es pecuniam in eadem contaminatione vel liga soluere pos/ set vt vic in litera probatur et sic prima videtur tutor quinimo fortcetiam deterioris lige dummodo valet estimationem mas/ se et hoc fauore liberalitatem facientis vel latius vt aliqua con/ traria tollant. dic aut nos sumus in casu quo res ipsa designat ad quid obligatio erat contracta vt in mutuo: et tunc aliud pro alio solui nō potest vt. l. ij. §. mutui. ff. si cer. peta. ¶ Et est ratio quia alias non redderetur vt tacite actum videtur vt. l. cum qd. ff. si certum peta. nec etiam in eadem qualitate redderetur. ar. ff. de iure do. l. in dotem date. et ideo pro argento mutuo ad pon/ dus dato vel pro pecunia numerata que sit argentea non potest reddi pecunia ere contaminata nec valet debitor dicere quod po test reduci in pecuniam mutuam: quia replicabit creditor quod in ista materia nō fuit mutuata nec tibi reductio minus est faci lis ꝙ mihi. ideo tibi non fauendum. ff. de consti. pecu. l. i. in prin. et depos. l. i. §. merito. Aut nō sumus in casu in quo res ipsa desi gnat ad quid obligatio contrahatur: et tunc aut debetur genus aut species certa aut quantitas certa primo casu si vult soluere vnum genus pro alio genere soluere non potest si vnam speciem illius generis pota stichum pro vno seruo vel homine in genes re debito potest vt. l. legato generaliter relicto. ff. de leg. i. et vide quod ibi no. ¶ Si vero vult soluere quantitatem pro illo gene/ re dic quod etiam non potest si illud genus reperiri potest vt. d. l. ij. §. mutui alias posset. imo etiam post moram tenetur vt. l. vi nū ff. si cer peta. et. l. in hac ff. de tritic. ¶ Secundo casu aut spe/ cies debita non potest haberi et tunc potest. imo et compellitur estimationem eius soluere vt. l. non dubium ff. de. leg. iij. cum si. aut per debitorem potest haberi: et tunc illam compellitur solue re. fallit ratione dote separationis vt. ff. de le. i. l. si domus. §. qui consitetur. et. ff. de fund. instrumen. l. quesitum. §. vxor. ¶ Item fauore liberalitatem exercentis vt hic. nam his casibus sufficit vt estimatio soluatur. ¶ Tertio casu si vult soluere illam quan/ titatem re est clara quod potest nec questio locum habet. ¶ Si autem non quantitatem sed speciem: et tunc aut est debitor quā titatis respectu illius speciei quam offert et potest illam soluere vt. l. miles. §. i. ff. de re iudica. aut non est debitor quantitatis re/ spectu illius speciei sed alterius vel nullius. et tunc si constat eum illam quantitatem soluere posse non potest nullam speciem of/ ferre vt. l. cum a quo. C. de solutio. ¶ Si autem constat eum sol/ uere non posse: tunc cogitur creditor in solutum de bonis eius recipere: et tunc aut id quod debitor offert vel quid aliud magis placitum creditori dico vt dixi in aut. hoc nisi. C. de sol. et in aut. hoc ius porrectum. C. de sacrosanctis eccle. et hec de isto primo sufficiant.

a ¶ Ex possessioni bus suis. Tu vid. de hoc bar. l. l. iij. ff. de vi. tri. et olco leg. Dy. cy. bal. et alios. i. l. si dom^9. s. pnci. ff. d lega. iij.
b ¶ Donatio toti^9. An donatio oīm bonoꝝ valeat vid. bar. i. l. solita. et qd ibi posui i apostil. l co. vl. C. d remis. pign. notaui post istum l aut. si qua mulier. nu. xv. lēl. si donat eccl'e. C. de sa. san. ec. Pa nor. l. c. nulla eccle siastica. n. xi. et ibi posui i apostil. l v. psentia et futura. extra d ꝯces. pbē. feli. i. c. ipsitia. col. iij. v. l glo. ibi v. de vniuersa. v. fꝫ cer te quātis. extra d pba. bar. no. ꝯsil. lxxvi. lei. pꝛ filio. Pe. phili. cor. cō si. clxxvi. inc. l pre sentivol. Ang. ꝯs. clxxxi. ki. l dei no mine et sue infis. Soc. ꝯsi. cxxxv. l q. visa in pn. vers. adduco. et pau. d cast. vo. ij. et in suo tract. sal. re. cvij. in v. donatio to/ tio vide bar. l. l. sti pulatio ista. n. iij et qd ibi posui in apostil. i ver. psētia et futura. vbi ple/ nil. ff. de verb. ob.

2 **Si uero.** ¶ Casus. † Donans certum annum red
a ditū ex possessionib^9 suis ^a necesse habet dare fundos mediocres eiusdem redditus. hoc. d. et notabiliter. ¶ Glo. hic opponit quod aliud solui non possit donatario in/ uito vt. l. cum qui. C. de solutio. et. l. ij. §. mutui. ff. si certum peta. ¶ Glo. soluit tribus modis. Primo quod hic dantur pignori per. l. lucius. ff. de alimen. leg. sed hanc reprobat vt in ea. ¶ Aliꝫ quod hic promisit dare possessiōes tanti redditus. hoc destruit tex. vnde glo. dicit quod speciale hic fauore liberalitatem exercē tis ne teneatur habere curam et diligentiam prediorum: sed di/ mittatur donatario ad instar fructuarij et alimentarij quod de/ clara vt sequitur in gloss. vsqꝫ ad versicu. item hoc. ¶ Sed ab ex tra opponitur quod solutio non sit bona quia text. dicit quod necesse habet et c. sic fauore donatoris hoc non est inuentū. Pre terea de significato verborum nos videtur fructuarius neqꝫ ali/ mentarius. ideo possessiones videntur deberi vt sue sunt sicut de militia anni redditus empta vt. C. de inofficio testamen. l. omni modo. §. imputari. Sol. quod glo. non dicit quod sit vsu/ fructuarius neqꝫ alimentarius: quia dicit ad instar: et bene sonit quod nullum simile est idem vt. l. quod nerua. ff. deposi. et. l. non possunt. ff. de legibus. et quod proprietas ei non debeatur pa/ tet. §. in versicu. si autem donator. in fi. ¶ Nec obst. hec litera in verbo necesse: quia non vt teneatur tradere possessionem si non velit: sed cum vult necesse habet mediocres tradere. et sic necessi/ tas non est in tradendo sed in qualitate possessionum. ¶ Que/ ro modo quid si nominauit certum fundum ex quo dare promi/ sit. Dico quod ex illo dabitur vt lege cum certus. ff. de vino tri/

3 ti. et oleo lega. vt in fine glosse. ¶ † Iuxta quod quero quid si an/ nui illi redditus nō sufficiant ex illo fundo nominato an aliun/ de supplere teneatur: vel de perceptis vltra in sequenti anno. Dic aut fundus apponitur ad designationem tantum faciendum: et tunc suppletur ex alio fundo vt. ff. de legatis primo. l. quidam testamento. et de alt. et ciba. lega. l. lucius. Aut apposuit ad taxa tionem seu limitationem: tunc ex alio fundo non debet prestari vt. ff. de verborum obliga. l. inter stipulantem. §. sacrā. et quan/
4 do dies leg. cedit. l. firmio. in princip. ¶ † Sed an de eodem pu ta in sequenti vbertate secundo et pleno. Dic aut promittit sim/ pliciter certa quantitas puta centum corbes frumenti vel vini aut quantitas annua. Primo casu ponderanda sunt verba. Quia aut quantitas est simplex aut conditionata. Exemplum primi si dicat centum corbes ex tali fundo: et tunc in sequenti an no debent suppleri vt dicta lege firmio. Exemplum secundi si dicat centum corbes ex eo quod nascetur in tali fundo: et tunc in sequenti anno non suppletur vt. l. cum certus. superius alleg. et ff. de contrahenda emptione. l. si debitor. §. nec verisimiliter. ¶ Et est ratio quia relatiuum quod adiectum verbo futuri tem poris conditionem facit vt. l. stichus qui. de legatis primo. et le/ ge nuper. ff. de leg. iij. Secundo casu quando quantitas est an/ nua redditus vel fructuum tunc suppletur et prestatur ex sequen/ tibus annis vt. l. legatum. §. vini phalerni. ff. de an. lega. secun/ dum Pe. et Cyn. et est ratio quia licet relatiuū quod faciat con/ ditionem si nascatur tamen multiplicatio quantitatis et annorū suppleri facit qd in primo anno deficit si in secundo plus nasca tur ꝙ debeatur.

5 **Similiqꝫ modo.** † Donator certi numeri seruorū tenet ad medio/ cres nō ad meliores nec potest dare peruos. h. dicit. ꝯcor. i lega to et stipulatione sunt in gloss. ¶ Opponi. quod deteriores da/ re possit vt. l. fideiussores. ff. manda. de verbor. in obligatio. l. tri ticum. gloss. non soluit. sed ibi in tritico in genere promisso cu/ ius non est dare speciem ita vilem quam non sit melius habere quam non. hic in genere seruorum cuius aliquod est melius nō habere quam habere. ideo tales non potest dare vt hic secundū docto.

Si autem. Iste tex. remouet vnum dubium circa quelibet ex casib^9 trib^9 suprascriptis.
6 ¶ † Casus. Si donator non habet argentum vel annuum reddi tum seu numerum seruorum quem donauit ad eius estimatio/ nem hic taxatam recurritur et si estimatio non excedit legitimaꝫ summam non indiget insinuatione alias sic. hoc dicit. ¶ Que/ rit glo. an statim quantitas. xv. annorum sit soluenda. et dicit ꝙ non: sed per singulos annos et si compelleretur interusuriū me/ dij temporis deduceretur. ¶ Hoc vltimum non potest esse verū si statim teneatur estimationem integram soluere: quia tunc in/ terusurium non est dare. vnde Pe. contra glo. dicit quod totam estimationem statim soluet nec vllum interusurium deducitur: quia hoc totum in fauorem donatoris est factum vt vltra non teneatur. Et ideo dicit quod glo. etiam in fi. non bene dicit dum dicit si plus viuat plus prescribatur et c. quasi sit hec vna compo sitio quam lex si facit. hec pars magis conuenit huic litere in verbo prestet et in illis verbis in. xv. anois que coniunguntur cum verbo estimationem quia in accusatiuo non in ablatiuo ca su sunt scripta. et sic non coniunguntur cū verbo prestet. ¶ Que ro quare dicit de. xv. an. respondet glo. quia tantum viuere pre/ sumitur quod non placet quia longeuum vite hominis spacium est centum annorum vt. l. an vsusfructus. ff. de vsufru. et. l. fi. C. de sacrosan. eccle. sed ratio est positiua: quia sic principi placuit do natoris fauore vel vt redderentur certi an indigent probatione
7 vel non. ¶ † Quero an donatio annua intelligatur facta cā ali/ mentorum et gloss. ista dicit quod sic. l. cum hi. §. is annos. ff. de transactio. sed illa in legato loquitur et forsan in homine paupe re non diuite. vnde glo. dicit quod hic ei facta fuit quo ad viue/ ret alias morte non finiretur. ¶ Istam glos. not. quia clare sen/ tit quod nisi hec verba quo ad viueret apponantur non subin/ telligantur licet glos. in. l. stichum. §. stipulatio. ff. de verborum obliga. dicat subintelligi et male vt dixi in. l. precedenti. in. §. fin. vbi vide.

8 **Sed si quis.** † Donatio toti^us vel quote bonorū
b valet et requirit insinuationē si exce/ dit legitimum modum. h. d. ¶ Querit glo. quando donauit bo na sua an habebit ratio ne egeat. et dicit quod sic et bene nisi sit opifex ita quod ex opera et artificio viuere possit. arg. ff. de libe. agno. l. si quis a libe. §. ij. hanc glo. signa et tene cordi quia locum habet in omnibus qui habent beneficium vt deducant ne egeāt secundum doc.

Sed si quidem. Si donator retinuit sibi vsū fructū rerū donatarum in/ telligitur illas tradidisse et si non retinuit cogitur illas tradere etiam si nudo pacto promiserit qd obtinet etiam in donatiōe ad

pias

pias causas & donationes trāseūt ad heredes active & passive.
9 ¶ †No. qđ propter nudū pactum[a] donationis datur actio pro
a pter nudum pactum. ideo dixi qđ glo. hic dicit qđ datur condictio
ex .l. ista. & glo. etiam hoc innuit ex eo qđ nomen actionis nullum
est vt. ff. de condictio. ex lege. l. i. & ita tenet Jac. but. & do. merali
et quandoque abutendo dicant ex nudo pacto donationis dari
actionē. ¶ Sed quero an hoc procedat etiā in donatiōe cā mor
tis dic qđ sic qđ nō est diuersa ratio imo maior. & ita tenet glos. ff.
de le. ij. l. cū pater. §. meuio. ¶ Quero que potuit esse ratio mo
uens imperatorem ad hoc statuendū vt nudū pactum sufficiat
& mihi videtur duplex. vna ne incaute procedant ad donandum
scientes quod fidei humane nihil magis conuenit qđ seruare cō
uenta. & hāc colligo. §. l. proxima. §. si autem. per diuersa tempo
ra. in fin. Alia est ne sub tali pretextu fraudent eos quibus con
uenerunt dare ex donatione qui forte sub hoc pretextu interim
multa seruitia eis et forte donaria remunerandi causa del putan
tes hec consequi eis impenderet: & ratio colligitur hic dum di
0 cit. non quibusdam excogitatis artibus &c. ¶ †Nunc pro intel
lectu huius. §. quero dixit quis. ego donabo tibi talem rem per
pactum conuenio tecum quod donabo tibi talem rem an ex ta
li pacto detur actio. Ego dico quod non: quia de presenti non
est donatio sed conuentio de donādo in futurum vt in simili no
ta. ff. de eo quod certo loco. l. in bonefidei. & ff. de pigno. actio. l.
titius. & ideo conuentio est innominata nec actionem producit
sicut nec olim. ¶ Non obstat tex. iste quia si ponderas hanc. l. tā
in principio quam in quolibet sequenti. §. vel versiculo. et etiam
hic tota loquitur quando per stipulationem vel per pactum do
natio ex tunc inducitur vt dono tibi vel promitto per stipula
tionem vel per pactum tibi dare ex causa donationis. & sic pre
sentis. & ita tenui in. l. ij. supra de conditione ob causam. vbi ista
latius examinaui. ¶ Ultimo scias quod versi. monumentorum
obseruatione non refertur ad proxima sed ad superiora nec ob.
infra. l. proxima. ¶ Item attende quod sic intelligas quod per
istum textum donator possit compelli ad insinuationem vt pri
ma facie videatur probare ex eo habes optimum argumentum
quod si mutuaui Titio centum que repeto & ipse denegat. nec ha
beo instrumentum sed testes per quos non valeo probare vltra
summam. xxv. librarum virtute statuti municipij quod possum
conuenire vt de mutuatis faciat mihi publicum instrumentum
& si excipiatur mutuum nō poteris probare vt per testes fateor
vt ex tali probatione condemnetur ad reddendum. sed ego pro
bo ad aliud effectum scilicet vt faciat mihi instrumentum pu
blicum sicut hic ex donatione non ago vt condemnetur in totū
sed vt insinuetur. ¶ Et idem dico si agam vt instrumentum de
nuncietur et registretur in memorialibus quod tene cordi. Sed
vero ipsum donatorem ad insinuationem non posse compelli ni
si actum fuit vt insinuetur. ar. §. cod. l. sancimus. circa princi. & in
l. prox. §. si.

a ¶ Insinuatio non requiritur pro datis in redemptionem ca
ptiuorum.
2 Donata in vnam causam in aliam conuerti non debent. et nu
mero. 3.
4 Renunciari quando possit legibus requirentibus insinuatio
nem. & nu. 5.

Si quis pro redēptione.

1 †Pro dato vel remisso in redemptionem captiuo
b rum[b] non requiritur insinuatio nec in datis in lite
bus per magistros militum nec in donatis ad domus refectio
nem in alijs sic si excedant quingentos aureos non si trecentos
vt antea. hoc dicit. ¶ Nota quod statur sacramento expenden
tis in redemptionem captiuorum & in refectionem domorum
quod facit vt commissariorum vltimarum voluntatum que in
pauperes faciunt distributiones stetur sacramento vt hic in gl.
2 & ibi vide leges ad idem facientes. ¶ †Item nota quod dona
tum in vnam causam in aliam conuerti non potest vt hic. in ver
sicu. eandem. in fine. ¶ Item not. ex ver. cetera etiam quod do
nationes facte ob causam veniunt insinuande preterquā in casib⁹
precedentibus. & circa hoc vide quod scripsi in. l. illud. supra de
sacrosancta ecclesia. ¶ Item not. quod hec. l. est illa que sum
3 ma trecētorum aureorū ampliat vsque ad quingentos. ¶ †Op
ponitur quod in aliam causam pecunia conuerti possit vt. ff. eo
dem lege secunda. §. fina. & l. sequenti. Solu. vt in glossa. vel cla
rius aut hoc expressum fuit prohibitum a donante: & verum di
cit glossa. aut hoc non fuit prohibitum: & tunc aut causa fuit im
pulsiua: & tunc potest in aliam causam conuerti vt in contrario
aut finalis: & tunc non potest vt ibi. et presumo autem hic fina
lē: si ruina erat preiudicialis donanti & reedificatio vtilis vel si
ruina difformitatem vrbis inducebat nō alias. ¶ Opponitur
quod non tantum in his tribus casibus insinuatio non requi
ratur sed in alijs enumeratis in gloss. in qua adde ibi imperia
li scilicet actiue vt. l. sancimus. vel passiue vt in autentica item.

a ¶ Propter nudū pactū adde bar. i. l. iuris gētiū. ff. de pac. & ibi do. alex. & adde quod
donatio hodie nudo pacto perficit si in eo cā exprimat sec⁹ simplr ꝓmittat sine causa
bar. in. l. si tibi. ff. de pactis. in si. prin. & bal. i. l. si. §. si cer. pe. qđ donatio hodie nudo pa
cto perficit est gl. et & bal. in. l. si donationes. §. de ꝯbē. emp. qđ verū ēt si sit conditiona
lis gl. fin. & alex. l. l. si qs eū. de iureiur. & adde Soci. ꝯsi. clxxix. ici. viso testō dñe. vʒ. qđ
speciale est l secūda parte char. lxij. qđ donatiōis ꝯuētio parit actionē ad agēdū lʒ regla sit in ꝯriū. Ite adde ꝑfatū Soc. ꝯsi. cxxv. ici. visa ꝯtin gētia facti vʒ. nec prio ob. eū vʒ. seq. in secūda pte chart. cxuij.

ibi posita & ibi. l. minoribus. dic vel etiam hodie minorib⁹ si de
earum commodo tractetur. vt in auc. ibi posita. §. l. fina. in codē
titu. & in si. glo. dic & in dote: vt. l. fina. §. de iure dotium. & l. cum
mulier. §. de donatio. ante nupt. & sic sunt octo casus vel nouē.
¶ Oppo. ab extra contra tex. quod res hostium efficiatur capi
entium: vt. ff. de capt. & postli. reuersis. l. si quis in libello. ff. de
acquiren. rerum domi. l. v. §. fin. & sic non assignentur duci belli.
4 Sol. vt dixi i. l. ab hostibus. §. de captiuis. ¶ †Quero ab extra
an huic. l. & alijs insinuationem requirentibus possit renuncia
ri. & dixit Jaco. de bel. in questione ista per eum disputata quod
nō: quia ius istud est publicum vtilitate ne per metum vel frau
dem donantes grauiter ledantur que duo coram iudice cessare b
presumuntur: vt. §. de his qui per me. iudi. l. i. & ff. quod metus
causa. l. fina. Item quia reipubli. expedit ne quis re sua male vta
tur. institu. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. i. sed donando male
vtitur: quia donare est perdere: vt. ff. eo. l. filiusfamilias. Item qđ
legi prohibenti alienationem. vel quid fieri non potest renuncia
ri vt notanter dicit glo. §. de fideiusso. do. den. l. i. vbi vide. Item
ne vna via prohibitum concedatur alia: vt. ff. de tuto. & cur. da.
ab his. l. scire oportet. ff. de condi. & demonstra. l. heres meus. §.
fina. hoc idem tenuit Joan. andre. in addi. super spec. de instru.
edit. §. porro. hoc etiam tenet Bartho. §. eodem. l. sancimus. §. si
quis autem. ista ratione: quia legibus que dant certam formam
c in constituendis actibus hominum renunciari non potest: [c] vt
ff. de pact. l. ius publicum. & de lega. i. l. nemo potest. & ita sequor.
5 ¶ †Sed vltra querit Joan. andre. vbi. §. quid si sit iuratum[d] de
d non veniendo contra renunciationem. & dicit quod tunc valet b
propter iuramentum: vt. §. si aduersus vendi. aut. sacramenta.
cum ibi notatis. in. ij. glo. & extra de pactis. & c. cum contingat.
& de pact. c. quamuis. lib. vi. & quia donatio non est penitus ini
mica legi: quia non ex toto & simpliciter improbata: quia tenet
infra legitimam summam: vt. §. cod. l. sancimus. & hoc nisi vi vel
metu iuramentum fuerit extortum per dicta iura. & ita scribit
in. d. §. porro. ¶ Sed Bal. in. l. illud. §. de sacrosanc. eccle. tenet
contrarium per nota. in. x. collatio. in titu. de pace iuramen. fir
man. c. item sacramenta. vnde sumitur dicta auc. in. ij. glo. & ma
xime in questione de muliere renunciante velleiano & iurante. et
etiam quia hec renunciatio est contra formam datam & ius pu
blicum vt dixi superius. sed iuramentum contra publicam vti
litatem non ligat vt ibi notat glo. ergo &c. ¶ Item quia dona
re est perdere vt superius dixi. sequitur quod iuramentum est in
discretum & sic non valet. vt auc. quod eis. §. de nupti. Item quia
eadem facilitate induceretur ad iurandum qua ad immensum
donandum. & ne fiat fraus huic legi. & l. sancimus. §. eodem. & ne
vna via concedatur quod alia denegatur cum veterū scita non
sint mutanda in huiusmodi donationibus: vt. §. de sacro sanc.
eccle. l. illud. in si. ¶ Non obst. capitula in contrarium allega.
quia in suis casibus & diuersis a nostro loquuntur qui extendi
non debent. & hoc maxime si dolus donatarij intercesserit. licet
non metus nec violentia interuenit vt. d. capitulo quamuis.
¶ Potest addi alia ratio quia si renunciatio est nulla non dici
tur venire contra proprie loquendo: vt. l. non dubium. §. de legi
bus. Item quia cum in hac insinuatione nulla vertatur cause co
gnitio sed simplex publicatio in actis: vt. §. eo. l. in hac. sequitur
quod non sic publicate sunt occulte & suspecte: & non videntur frau
de ex vtriusque parte carere: vt. §. eodem. l. doan. & quod ibi not.
cogitandum relinquo. ¶ Ultimo queri potest de duobus fra
tribus qui pro bonis suis conseruandis promiserunt sibi inui
cem omnia bona sua sibi dari post mortem ꝑcedentis sine libe
ris cum pacto quod reuocari nō possit per quod apparet quod
non est donatio causa mortis: vt. ff. de donatio. causa mortis. l. d
senatus. §. mortis. in si. & ibi not. an ab heredibus premorientis
potest superuiuens ista bona petere omnia supposito quod nul
la facta fuerit insinuatio sed remitto ad ea que scripsi. §. de pa
ctis. l. finali. §. sed iuxta hoc. & ibi tenui cum Joan. and. quod sic
ibi vide.

Uerba. In contractibus verba non sunt ponen
da ex quib⁹ nullus resultat effectus. hoc
dicit. Salycetus.

¶ De donationibus que sub modo. Rubrica.

¶ Continua rubricam vt in gloss. & quere vt in ea de differentia
inter modum & conditionem. & dic vt in ea. & adde cum vero ꝑ
qđ. vt not. in. l. i. §. de his que sub modo vbi omnium trium poni
tur differentia.

b ¶ Captiuor. Ad
de an hec lex hēat
locū in incarcera
tis ꝑ maleficio vi
de bal. i. l. illud. in
prin. §. de sac. san.
eccl. & no. hic tres
casus in qbus do
natio non reqrat
isinuationē alios
tres enumerat h
gl. & vide Jo. an.
in addi. ad spe. et
ibi Spe. in ti. de
istr. edi. §. porro.

b ¶ Renūciari non
pōt. no. qđ solēni
tati insinuatiōis
ex forma statuti
iducte vel de iure
cōi nō pōt ēt cū iu
ramēto renūciari
ad qđ adde Bal.
i. l. illud. §. de sacr.
sanc. ecc. & i. l. de ara
§. e. Jo. de imo. in
c. cū ꝯtingat i rep.
de iureiur. ad si. p
tres chartas vʒ. cir
ca quartā. vbi re
fert. doc. cano. cōi
ter tenere ꝯriū vi
de Bar. & alc. ple
ne i. l. modestinus
de do. & in. l. nemo
pōt. d. le. i. Ex. h et
pau. de ca. ꝯsi. xcvi
ij. vbi tʒ idē & et cē
cōem opi. & i cōsil.
ciij. vbi tʒ Jo. an.
i addi. spe. de istr.
edi. §. porro. & tʒ se
de. de se. ꝯsi. cclij.
& Lud. l. d. l. mode
stinus qui refert
Ange. ꝯsuluisse. et
Jo. pe. de pa. i ꝯsi.
ici. i noie dñi Jesu
x. & ver. prīa fronte.

d ¶ Quid si sit iura
tū. adde soci. cōsil.
lxxvij. ici. i pñti cō
sultatiōe circa me
diū. v. col. in pria
pte chart. cxxiiij.
vbi h alr. ꝯ opi. sa
ly. hic sequit. & ad
de ꝑfatū Soc. ꝯsi.
ccxv. ici. visa pcedi
cta vʒ. nec ob. in se
cūda parte. char.
xc. vbi hec idem
inducit & allegat.

1 Actiones contrarie simul possunt competere. ꝛ nu. 6.
2 Dominium re transfertur absq; traditione. ꝛ nu. seq.
7 Donatarius tribus concurrentibus moram purgare potest.
8 Rei vendicatio de iure speciali competens conditionem ob causam non excludit.

Si doceas.

Casus. donatum vitalimenta prestent nõ solũ potest cõdici si nõ prestentur[a] sed etiam rei vendicatiõe agi. h. d. ¶ † No. mirabile quod due actiones cõtrarie hic videntur competere simul. s. personalis
2 ꝛ realis: sed dantur ad diuersa vt in glo. ¶ † Item no. casum singularem in quo dominium re transfertur ipso iure absq; traditione. ¶ Opponi. quod imo agatur prescriptis verbis vt. s. tit. j. l. legem. ꝛ. s. de contrahen. emp. l. si donationis. Solu. quod illud verum si vult agere ad implendum conuenta hic quãdo ad repetendum data quia non implentur conuenta vt in glos. vsq;
3 ad ver. quintum. ¶ † Opponi. ij. quod condictio ob causam non detur quia donatio est hodie contractus nominatus cum ex solo pacto actionem producat vt. s. ti. j. l. si quis argentum. §. fina. ꝛ ex productione actionis cognoscuntur nominati ab innominatis. l. iuris gentium. in prin. ff. de pac. sed in nominatis nõ habet locum condictio ob causam vt. l. si pecuniã. in prin. ff. de condi. ob causam. ꝛ. ff. de rerum permu. l. j. §. pe. ergo ꝛc. Sol. vt glo. quod hodie habemus dicere quod hic speciale alimentorum fauore. ¶ Alij ab extra voluerunt dicere quod etiam hodie remanet innominatus[b] vt olim: quia non ex pacto sed propter pactũ datur condictio ex lege sed non curo hoc hic examinare: quia
4 examinaui in l. ij. s. de condi. ob causam. ¶ † Oppo. tertio quod vtile dominium non transferatur sine traditione vt. l. traditionibus. §. de pac. Sol. vt sequitur in glo. in ver. item rei vendi. qđ hic speciale fauore alimentorum sicut ꝛ alias fauore eccle. idem
5 statuitur in. l. si. s. de sa. sanc. eccle. ¶ † Opponi. iij. quod non sit hoc tantum fauore alimentorum quia idem in pacto adiectionis in diem ꝛ legis commissorie vt not. in. l. traditionibus. s. de pac. Sol. vt sequitur in glo. quia ꝛ ibi est speciale quod intelligo qñ pactũ apponitur ad rescindendum titulum puta res sic empta quia tunc sicut a principio dominium non potest trãsferre sine titulo: ita remanere ex postfacto vt. l. nec vtannius. ff. de fideius. ꝛ ideo dicit glo. quod ibi directuz transfertur hic vtile. quod
6 est notandum. ¶ † Op. quod iste due actiones non simul competant cum sint contrarie quia condictio ob causam supponit agentem non dominum vt. ff. de condi. ob causam. l. fi. ꝛ insti. de actio. §. sic itaq;. ꝛ rei vendicatio supponit eum dominum vt. s. de condi. l. fi. ꝛ de fur. l. j. Solue vt sequitur in gloss. vsq; ad fi. qz hic dantur ad diuersa vel secundum Pe. tunc rei vẽdicatio admittit secum condictionem ob causam quando rei vendicatio competit pleno iure domino: sed quando non est pleno iure dominus sicut hic quod satis in idem recidit: sed illa glo. declarat
7 ad quid vna actio competit ꝛ ad quid alia. ¶ † Querit Cy. an donatarius iste possit moram purgare. ꝛ dicit quod sic tribus concurrentibus. s. quod lis non sit contesta. ꝛ infra modicum tempus ꝛ quod non intersit aduersarij vt. ff. de ver. ob. l. si ita stipulatus. ꝛ. s. de transac. l. si maior. ꝛ de condi. inser. l. si plures sed vide que dixi in. l. magnam. s. de contrahen. ꝛ commit. stip. ꝛ in. l. si pacto quo penam. s. de pac. ¶ Ulterius collige bonuz consilium ex ista. l. quod vbi rem tradens alicui vult eius alienationem prohibere adijciat quod tradit ob aliquid annuatim sibi prestandum pro alimentis. ꝛ ita consuluit Bal. in. l. ea lege supra de conditione ob causam. sed vide quod dixi in. xiij. op
8 posi. ¶ † Item vt vides tu habes quod rei vendicatio que competit de iure speciali non excludit remedium ordinarium condictionis ob causam vt hic. ꝛ. ff. de donatione causa mortis. lege qui mortis. ¶ Et ex hoc dixit Pet. quod si esset statutum in ciuitate quo caueretur vt heres defuncti sine alia apprehensione intelligatur possidere omnia bona que possidebat defunctus tempore mortis sue quod statuto non obstante heres poterit intentare interdictum quorum bonorum vel beneficium legis fina. supra de edi. diui adria. nam licet fingatur possessor nõ propterea plene possidet cum alius possideat vt de domino hic dicitur. et sic non obstat quod illa remedia non dentur possessori vt. ff. quorum bonorum. l. j. in fi. accedat. ꝛ ratio. l. quod fauore. s. de legi.

Si rerum tuarum.

Casus. donatio potest fieri ad tempus certum vel incertum. hoc dicit ad literam.

1 Donari potest alteri per alteruz ꝛ per eũ actio queri. ꝛ nu. 2.
3 Donator donatario pactum remittere potest quo conuenit vt alij restitueret. ꝛ nu. 4.

Quoties.

† Speciale est vt in contractu donationis alteri per alterum queratur[c] actio. h. d. ¶ Uel sic. Donatum alicui[a] vt post certũ tempus restituat alteri si non faciat potest per donatorem repeti. ꝛ etiam per donatarium secũdum vel eius heredẽ vtili actione peti. h. d. ¶ Oppo. de. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de ver. ob. vbi alteri paciscí quis non potest. So. vt in glo. quod hic speciale fauore liberalitatis contra qđ facit quia pro liberalitate exercentis facit vt ad ipsum potius reuertatur q̃ alteri debeatur. So. quod pro eo magis facit vt fides sua ꝛ ei data seruetur vt. l. j. in prin. ff. de pac. ¶ Oppo. ab extra de lege cõ rca. s. ti. j. Sol. ibi non voluit donare creditoribus sed eis tantum solui: hoc voluit huic secundo donare. Itẽ ibi creditores suas habent actiones vnde non sic faciliter eis de noua actione subuenit hic vul
2 lam habebat. ¶ † Oppo. cum glo. quod heredi huius mulieris nulla competat actio: quia nulla ei viuenti competijt cũ nõdum tempus venit. Solu. primo extra glo. quod hic forsan post tempus taxatum decesserat. vel secundum glo. licet nondũ tempus decursum esset: tamen ipsa creditrix erat in diem. ꝛ sic actionem habebat sed repelli poterat exceptione vt. ff. de ver. ob. l. eũ qui calendis. ꝛ. ff. man. l. si tibi mandauero. in prin. ꝛ transit glo. cum opi. consueta q; creditor in diem habeat ante diem actionem cuius contrariũ tenuit Pe. de quo plene scripsi. s. vt actio.
3 ab heredi. ic. l. j. ¶ † Circa casum huius. l. quero donator vult remittere donatario pacto quo conuenit vt post tempus alij restituat an possit. Et videtur quod non quia illi iam quesita est vtilis actio vt in precedenti opinione dixit secundum gl. ꝛ sic ei auferri non potest vt. ff. de pac. l. si. ꝛ. s. de actio. ꝛ obliga. l. sicut. ¶ Contrarium tenet Bar. in. l. qui rome. §. flauius. ff. de verb. obli. ꝛ hoc per. l. ij. ff. de seru. expor. ꝛ per. l. j. s. si mãcip. ita fue. aliena. vt manumittat. Ad obiecta aliter nõ respondet. ¶ Dic ergo q; ibi res ꝛ actio erat quesita ꝛ irreuocabiliter hic querenda secundum opinio. Pe. vel si quesita secundum opinionẽ gl. intelligi debet si donator perseueret in eadez voluntate. ꝛ sic nõ est quesita irreuocabiliter. ꝛ pro hoc accedat ista litera dum dixit iuxta donatoris voluntatem qui in proposito perseuerauit fatetur eius heredem mutare non posse vt in dictis legibus per
4 eum alleg. ¶ † Et ex his habes quod si post tempus ambo concurrent in agendo preferetur donator: lz in. l. per Bar. alleg. succedat ibi constitutio ꝛ faciat eum liberũ si tñ velles tenere cõtra Bar. Tu posses dicere quod in dictis legibus nullum ius vel actio ex illo pacto querebatur manumittendo. ꝛ ideo constitutio imperatoris emanauit que eum facit liberum sic nec hic añ. l. istam. querebatur huic secundo donatario cum igitur hodie ei queratur si statim quesita dicitur puto quod non possit reuocari per tex. s. ti. j. l. si quis argentum. §. fi. ver. cum enim in arbitrio. hec pondera vt subtilia.

1 Donatio perfecta an admittat conditionem.

Perfecta.

Perfecta donatio cõditiões nõ capit inuito donatario. hoc dicit.
1 ¶ † Querit glo. quid si donatarius consentit respõdet aut tempore traditionis cõsentit. ꝛ tũc sibi preiudicat vt. s. de actio. inter empt. ꝛ vendi. l. tẽpore. Aut post traditionem ita quod res est impleta: ꝛ tunc sibi non preiudicat quia res est perfecta ꝛ non est cui pactum coherat. Ista gl. in prima parte habet alias contrarias: videlicet in. l. si intra. ꝛ. l. in traditionibus. ff. de pac. ꝛ ille veriores secundum doc. ¶ Sed potest ista saluari vt loquatur secundum tempora antiqua secundum que ex pacto nudo donationis non habatur actio. nam tunc in traditione postea sequuta pactum postea apponi secundum nostra non procedit quia pactum est efficax ad agendum vt in glos.

Si quid.

Non refert quid ex equipollẽtibus fiat. h. d. ¶ Uel sic. donatio facta sub cõditione emancipationis habet effectuz quomodocunq; donatarius efficiatur sui iuris. h. d. ¶ Sl. op. de. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. Solu. hic sunt per oĩa equipollentia quo ad potestatis dissolutionem ibi non quia mors ciuilis non consummauit effectum naturalis de qua testator loquutus fuit vt dixi in lege cum nobis. supra de episcop. ꝛ clericis.

¶ De reuocandis donationibus Rubrica.

¶ Continua rubricam vt in glos.

1 Donatio perfecta non reuocatur.
2 Donatio ob leuem iniuriam non reuocanda.
3 Obligatio ex delicto transit ad heredem.

Et si perfectis.

Casus. Donatio facta in liberum ex leui ingratitudine reuocatur[e] per patronum sed non per eius heredem. hoc dicit. ¶ † Nota primo regulam quod perfecta donatio non reuocatur. ¶ Secundo fallentiam quia fallit propter ingratitudinẽ. ¶ Tertio qđ ius reuocãdi pp igratitudinẽ non

---

a ¶ Si nõ pstent. vide bal. l. ea lege. s. de cõdi. ob cãm. q; nõ hãc alle. ꝛ vide l. j. qui absẽti. §. j. post bar. ff. de acq. pos. ꝛ adde Jo. au. iscõa addi. ad spe. in ti. de instrumẽ. edi. §. porro.

b Remanet innominat᷑. Tu dic hoc vt no. bal. l. j. si vt pponis. nu. viij. v. quo vtrũ donatio simplex. ꝛ q; sibi posui i apostil. in co. s. vbi ẽt notaui i apostil. adde salv. nu. vj. in versi. q; sic. s. de dona. ob causam.

c ¶ Queratur no. ex quo facit ad questionẽ de qua per bar. l. j. q rome. §. flauius. de ver. ob. ꝛ ibi vide Alexã.

d ¶ Donatũ alicui. adde Soci. cõsil. cccxxvj. ic. placet pclusio circa pnc. l. ij. parte. charta cxv. vbi hoc idẽ i ducit ꝛ declarat.

e ¶ Reuocatur sed quid de fructibus vide no. gl. l. l. generaliter. §. si qs. s. de fideico. liber.

non transmittitur ad heredem ut hic. nec in heredem: ut. j. eod. l. fi. ¶ Quarto quod liberalitas pvocat ad obsequia & servitia. ¶ Quinto quod ex sola negligentia libertus efficitur ingratus
2 & punitur. ¶ †Contra quod opp. qr atrox iniuria requiritur ad revocationem donationis: ut. j. eo. l. fina. Sol. hic speciale in patrono cui facilius iniuria committitur & gravior cẽsetur propter beneficium libertatis que in essentiam tribuit. ar. l. obtinet. ff. de regulis iuris. & l. venia. C. de in ius vocan. ¶ Oppo. ad idem qd ex solo neglectu non puniatur: ut. l. solo. C. de his causa. Solu. ut glo. qr ibi de libertate revocanda que est res inestimabilis. ideo ingratitudo commissa in faciẽdo requiritur hic de rebus aliis. ¶ Op. cum glo. ij. q res empta ex pecunia a patrono provẽta non revocetur. arg. ff. de fur. l. qui vas. §. fi. Sol. ibi pecunia ex re furtiva non processit a domino hic sic a patrono. Item ibi dominus rei subtracte actum illicitum facit hic licitum & modo a
3 iure permisso. ¶ †Op. contra finẽ qr alibi dicitur q obligatio ex delicto transit ad heredẽ. ut insti. de perpe. & tempo. actio. §. i. & §. heredibus. Solu. quod hic in extraordinaria ex quadam equitate inducta secundum Cy. Vel dic illud verum nisi intelligatur ex taciturnitate remissa ut hic simile de querela inofficiosi testamẽti. ff. de inoff. test. l. posthum. §. fi. Ultimo collige hic arg. quod si dominus feudum non revocavit propter feloniam commissam per vasallum heres domini revocare non possit qd dixit Jaco. de belui. verum. & idem Cy. argu. ff. de confir. tu. o. l. infirmando. & l. utilitatem. & latius scripsi in. l. omnino. in prin. C. de inoff. test.

1 ¶ Donatio non revocatur per subtractionem instrumentorum.

Si apud. Ex penitentia demõstrata facto vel verbo nõ revocatur perfecta.
1 donatio. h. d. cum seq. ¶ †No. q per subtractionem instrumentorum quis non potest revocare donationem licz subtrahat probationem. sed alio modo probabit. & etiã si alio modo non posset non tolleretur ius sed probatio: ut. l. duo sunt titij. ff. de testa. tuto.

a **Cum profitearis.** a Non licet donatori allegare turpitudinẽ suã ad revocãdam donationem. h. d. concordãtie sunt in glo. legis sequẽtis. & vide pte. h. d. Bartho. de Saly.

b **Illes.** Absentia mariti vel filiorum non est iusta causa revocandi donatum. h. d.

1 ¶ Mater donata filio ingrato revocare potest.
2 Donatio facta post scdm matrimonium revocari potest.
1 **His solis.** †Mater a filio igrato revocat donata si nondũ sunt alienata: tunc iure isto revocat si secundo non nupserit & caste vixerit. ¶ No. q luxuriã non dz plus consequi q̃ castitas & honestas. concor. sunt in gl. & ex hoc vr q pene statute contra secundo nubentes locum sibi vendicet contra luxuriantes secundum Barto. ¶ Quero que actiones competant ad revocandum istam donationem. responde ut in glo. & signa gloss. quia specialiter de rei vendica. utili non habemus text. & ll. allegate in gloss. loquuntur in donatione causa mortis: hic inter vivos. et text. noster qui dicit vendicationis habet effectum hoc non probat. ¶ Sed contra ista oppon. quod imo iudicis officium: ut. C. de libe. & eorum liber. l. ij. Solutio ibi de revocatione in servitutem: & sic libertatis non rerum de quibus hic.
2 ¶ †Querit glossa quid si post secundum matrimonium donatur. glossa dicit quod idem. sed Ricard. malum. tenuit quod revocetur. argumentum. ff. de arbitris. l. non distinguemus. §. sacerdotio. forte quod sunt concordes ut glossa velit quod non revocet si post donationem transit ad novum matrimonium. et quod revocet si ad novum non transit. nam post donationem nullam tunc iniuriam filijs. serva quod in auten. hic posita dicitur. Autentica.

Quod mater. In tribus casibus matri secũdo nubenti competit donati revocatio. h. d. ¶ Querit glo. an idem in pre secundam uxorem recipiente. & dicit qd non & bene. Bal. bo. de Saly.

1 ¶ Donatio propter carentiam liberorum illis susceptis revocatur.
2 Legitimatio naturalis an revocetur per susceptionẽ legitimorum.
b **Si nunquam.** b Hec est notabilis lex & singularis. ¶ Casus.
1 †Donatio quote bonorũ propter carentiaz liberorum
c illis susceptis revocatur c. h. d. Ut sic. donatio habet tacitam conditionez si liberos non suscipit: ideo eis susceptis revocatur. h. d. ¶ Quero hic loquitur de donatione facta liberto quid si extraneo. & dicit gloss. idem argumen. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. ¶ Item querit an ipso iure revocetur. et dicit quod sic quod declara ut in ca. ¶ Querit etiam quid si filio

a ¶ Cũ psitearis. Pro huius. l. limitatiõe dic sm Bal. q dz intelligi qñ donatio erit vera lz fraudulẽta secus si est simulata i fraudẽ facta de quo p bar. l. l. post cõtractũ. ff. de dona. & in. l. iusiurandum qd ex conventione. §. procur. nor. ad fi. ff. de iureiur.
b ¶ Si nunq. Ludo. roma. in. l. si vero. §. de viro. l. xlviij. ass. xv. ij. fallẽ. ff. so. ma. refert qd bal. hic determinat hãc. l. nõ habere locũ i donatiõe remuneratoria qd tñ nõ reperi. tñ in qbusdam lecturis reperit. & dicit q nõ hz locũ i donatiõe parva. & q non hz locũ si pr habuisset unicã filiã & donatione nati essent sibi plures filij.

suo donasset. & respondit quod non totum revocat ut. l. si totas C. de inoff. dona. ¶ Quero ab extra an huic. l. renunciari possit. & Jo. an. super Spe. de instru. edit. §. porro. ver. hoc autem. tenet quod non ex eo quia in favorem filiorum est facta & non donantis. ergo &c. ut. C. ut in possessio. lega. l. ij. & Pe cum ibi no. &
2 ff. ad legem falci. l. quod de bonis in fi. ¶ †Ulterius querit Cy.
d quid legitimari d fecit filium naturalem quia filios non habebat postmodum legitimos suscepit an legitimatio revocetur & arguit quod sic per hanc. l. ¶ In oppositum inducit. ff. de itine. actuq priua. l. ij. & de natu. libe. l. pe. cum fi. & ita dimittit. Sed adde qd hec ultima vera: qr beneficia principum decet esse mansura. & qr legitimatio concernit personam non res. & sic est revocabilis ut libertas. Item qr causa finalis legitimandi est ut filius admittatur ad honores dignitates & successiones que non cessat nec pater cogetur ei ultra suam legitimã relinquere. Bartho. de Salyce.

Donationes. Donatio in liberos futuris collata nõ revocat nisi ingratitudinis causa hoc dicit.

1 ¶ Donatio quinq causis revocatur. & nu. seq.
5 Feudum non aufertur filio ob feloniam patris.
1 **Generaliter.** †Donatio revocatur ex quinq causis in hac. l. scriptis & nõ revocata p defectum non potest revocari p heredẽ. h. d. hec singolaris lex cui nõ est similis i de
2 claratione causarum. ¶ †Oppo. quod non revocetur ingratitudine ut. ff. de dona. l. si pater. §. i. So. ut in glo. & no. quod donatio ob causam non revocatur ex ingratitudine sed ex defectu cause sic ut hic in litera. Oppon. ab extra quod ex levi offensa revocetur. C. eo. l. i. Solu. ibi in liberto speciale ut ibi dixi. ¶ Oppon. quod cause non sint nisi tres ut. C. eo. aut. quod mater. Solu. quod hic dicitur est regulare illud in casu illo est speciale.
3 ¶ †Quero an extra istas causas possit revocare glo. est sing. q dicit quod sic. & allegat suas leges non bene probantes. Cy. persuadet ea ratione quia ille qui dat alij magnas facultates equiperatur patri ut. ff. de confir. tuto. l. si patronus. ergo recipiens tenetur illum ut patrem alimentare ut. l. alimenta. in prin. & §. i. ff. de libe. agno. & hec opi. est equa licet glo. in. l. in condemnatione. in prin. ff. de reg. iur. dicat quod reperitur quod donatarius debeat alere donatorem. ¶ Quidam dixerũt quod donator rei singularis non tenetur ut in glo. illa sed donatorem universorũ bonorum sic ut in gloss. ista. ¶ Alij dicunt aut est factus egenus ex donatione quam fecit: & tunc alimentari debeat. Et est ratio quia & si non tradidisset sed tantom promisisset posset deducere ne egeret ut. l. cum ex causa. ff. de re iud. aut ex alia causa: & tũc non teneat. Sed Cy. magis placet precedens. ¶ Quod gl. in. l. in condemnatione. sit simpliciter vera probatur: quia beneficiũ rationis habende ne egeat non habet locum executione facta ut d. l. cum res. & d. l. in condemnatione. nec solvens repetit ut. l. nã si maritus. ff. de cond. inde. & l. cura. §. deficientium. ff. de mu. et ho. sed in illis recipiens tractat de damno hic de lucro. ¶ Opi. huius glo. videtur mihi equa quia adversam impietatem nutrit quinimmo inferre et non levem iniuriam videtur cum ad antidora sit ei obligatus ut. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. unde usq ad concurrentem quantitatem fructuũ rei donate videtur mihi de equitate eum pro alimentis debere ei conferre. alias in
